



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

ARCHI-EPISCOPI
STRIGONIENSES,

DE

UTRAQUE REPUBLICA
PRÆCLARE MERITI,
COMPENDIO METRICO DEDUCTI

A

FRANCISCO BABAI.

PRESBYTERO

ARCHI-DIOECESIS STRIGONIENSIS.



TYPIS TIRNAVIENSIBUS,

ANNO M. D. C. C. LIXVI.

IN PERPETUUM VENERATIONIS MONIMENTUM

D E D I C A T I

C E L S I S S I M O,

A C

REVERENDISSIMO

S. R. I. P R I N C I P I,

DOMINO, DOMINO

J O S E P H O

E C O M I T I B U S

D E B A T T H Y Á N,

PERPETUO IN NÉMETH - UJVÁR,

Insignis Ordinis S. Stephani Regis

Apostolici

MAGNÆ CRUCIS EQUI TI,

ET TOTIUS ORDINIS PRÆLATO,

Metropolitanæ Ecclesiæ Strigoniensis

A R C H I - E P I S C O P O,

SACRÆ SEDIS APOSTOLICÆ

L E G A T O N A T O,

P R I M A T I
R E G N I U N G A R I Æ,
E J U S D E M Q U E
S U M M O C A N C E L L A R I O.

Incljtorum Comitatum Castriferrei
Perpetuo, Strigoniensis vero Supremo,
ac itidem Perpetuo

C O M I T I,

Utriusque Sacratiff. Cæsareæ, & Regio-Apostolicæ
Majestatis Actuali Intimo Status, & ad Excelsum Re-
gium Locumtenentiale Consilium Ungaricum

C O N S I L I A R I O.

nec non

Uni e Judicibus Septemviralis Tabulæ, &c.

DOMINO, DOMINO

M O E C E N A T I

G R A T I O S I S S I M O,

DVM ARCHIEPISCOPALIBVS
INSIGNIBVS ORNARETVR.

AD LECTOREM.



Ungariæ Reges, Palatinos, Pro-Palatinos, & Locumtenentes Regios compendio metrico posteaquam deduxissem, ac geminis Opusculis in publicam lucem Tirnaviæ emissem, auctores mihi extitere Amici, ut Archi-Præsulum quoque Strigoniensium res pro sacra æque, ac profana Republica præclare gestas ex Historia Cl. Nicolai Schmitth e S. J. pari compendio deducere, juvandæ Historiophilorum memoriæ gratia. Terrebar primum labore propemodum improbo, qui me manebat; parui demum momentibus, Patriæ incitatus charitate. Jamque in conatu procefferam, cum auspiciatissimis afferretur nunciis, Celsissimum Principem JOSEPHUM E COMIT. DE BATHYÁN ad Insulas Strigonienses, decennio jam viduas, ab Augusta Domina MARIA THERESIA promotum esse: tum enimvero lucubrationem maturandam existimavi, ne inter personantes undique magnorum Varum applausus minimus ego altum siluisse

coarguerer. Et sane sortem suam Musis meis non parum gratulabar, quod non suspirare eligendum, sed jam electum Metropolitan venerari, ac modulibus suis celebrare queant. Sed proderit antea, quam ad modulanda cujusquam acta gradum faciamus, de Origine, deque nonnullis Prærogativis Archi-Præfulum nostrorum disseruisse, ut quæ in decursu Opusculi sparsa Lector postmodum videbit, hic collecta uno quasi aspectu intueatur.

Et quidem quod ad Conditorem attinet, palam est, a primo, illoque Apostolico Ungarorum Rege D. Stephano Archi-Episcopatum Strigoniensem cultui *Magnæ Ungarorum Dominæ* erectum Anno 1000. primumque ab eo Metropolitan renunciatum Dominicum I. confirmatum vero, ac Pallio Archi-Episcopali insignitum a summo Sacrorum Antistite Silvestro II. In comperto pariter est, Principem tota Ungaria Præfulem Strigoniensem ab ipso Conditore Rege, ceterisque deinceps Monarchis, ac Romanis Pontificibus semper habitum. Quæ dignitas ut subinde clarior evaderet, Bela III. Ungariam moderante, Gregorius VIII. Jobo Archi-Episcopo Strig. ejusque successoribus Reges inungendi, ac diademate condecorandi jus indulsit. Ann. 1187. aut potius

tius stabilivit, ut quod ipsa consuetudine ad Archi-Episcopos devolutum erat, jam jure ipsis deberetur. Complures Pontifices, nempe Innocentius III. Gregorius IX. Cælestinus III. &c. jus isthoc publicis literis renovarunt; qui postremus ad An. 1195. adjecit: *Fas esse Archi-Episcopo Strigoniensi jus suum transferre in Archi-Episcopum Colocensem.* Quod singulare, ac excellens munus integrum in hanc diem penes Archi-Episcopos Strigoniens. perstitit; quantumvis, ita exigente temporum ratione, a neutro Archi-Episcoporum, verum ab aliis Ungariæ Episcopis. corona redimiti aliquot Reges nostri fuerint.

Mathias Archi-Præsul a Bela IV. Regni Ungariæ Primas salutatus An. 1239. primus erat; Deme-trius *Legati Apostolicæ Sedis* titulo primus utebatur: haud tamen hi honorum tituli proprii erant Archi-Episcopis, neque successoribus hæreditarii. Sigismundus autem Rex, idemque Imperator Joannem Kanisaium primum omnium *Summi Cancellarii Regni Ungariæ* titulo cohonestavit: Bonifacius IX. eundem Kanisaium *Primate[m] Regni Ungariæ, & Sedis Apostolicæ Legatum Natum* creavit An. 1394. Atque tria hæc honorum ornamenta abhinc in posteros

transferunt. Sed plures adversabantur eorum potissimum Præfules Regnorum, quæ Imperio Ungarorum auscultabant. Terminavit litem postulante Dionysio Szécsto Archi-Episcopo, agente Ladislao Posthumo Rege, Nicolaus V. summus Sacrorum Rector Ann. 1452. & Strigoniensem Archi-Episcopum primum a Rege, atque adeo *Primates Regni* iterum dixit; ratam etiam habuit *Legati Nati* denominationem, & jure quidem tam amplo, ut non Ungaros modo Præfules-omnes, verum subditarum quoque Provinciæ, imo & aliquando subdendarum, illi uni obtemperare jusserit. Ei insuper ex Præsulibus soli SS. Crucis in toto Ungarorum Imperio præferendæ potestatem ultro concessit. Ad illum demum ipsum, tanquam communem omnium patrem, controversias quascunque deferri posse indulsit. Jam pridem antea Strigoniensi Provinciæ ut *Supremi, ac Perpetui Comites* jus reddere cœperunt, & gaudere prærogativa dicendi *Nobiles*, qui vulgo *Érsek-Nemessci* audiebant; eorum partes erant in castris Regiis militare suis stipendiis sub *Banderio*, seu Vexillo Prælati, atque alia quædam personalia obsequia præstare; quos propterea Decretum Andree II. ab omni *collecta* eximit, Regni que Nobilibus in quibusdam prærogativis æquiparat. Carolus

Ius VI. Imperator Augustus, quo primam Apostolici sui Regni Sedem Pontificiam majore cultu, pietateque prosequeretur, Archi-Episcopos Strigon. *Sacr. Rom. Imp. Principes* esse voluit, ac jussit An. 1714. quo honore primus effulsit Christianus Augustus e Ducibus Saxonæ. Denique Augusta Domina **MARIA THERESIA** *Insignis Ordinis S. Stephani Regis Apostolici*, a se instaurati Anno 1764. *Magnæ Crucis Equites, & totius Ordinis Prælatos* Metropolitans nostros instituere solet.

Tantis, tamque splendidis honorum insignibus, si admodum paucos demas, egregie respondere Archi-Præsules isti insigni vitæ sanctimonia, multiplici doctrina, ac summis in Patriam, & Catholicam Religionem, ad prodigium nonnunquam usque, meritis. Quibus rebus id sunt consecuti, ut Sanctorum Patrum, ac Præfulum Cypriani, Chrysoستي, Ambrosii, Augustini, Joannis Eleemosynarii, ceterorum vivæ spirantesque imagines essent; quemadmodum acta eorum evolventi perspicuum fit. Ceterum tamen sex, ac septuaginta ultra septingentos numerentur anni a condito, fundatoque Strigonienfium Archi-Episcopatu, tanto nihilominus, ac tam diffuso ætatis spatio nonnisi tres, & sexaginta

reperiuntur Metropolitæ; quorum censum inchoat Dominicus I. Princeps JOSEPHUS E COMITIBUS DE BATHYÁN terminat. Neque istud cuiquam mirum videatur; etenim præterquam quod aliqui eorum vitam diutius produxerint, id etiam accedit, quod sexaginta ipsos & tres annos vacua Præsule Infula illa luxerit; id quod conferenti annos decessus aliorum, electionis aliorum patebit. Quæ quidem vacatio omnium luctuosissima iis temporibus fuit, quibus hæreses Lutherana, & Calviniana Oves Christi late deprædabantur.

Illud jam monitos Lectores velim, me septem Archi-Præsulum Strigoniensium, qui simul Locumtenentes Regii erant, illustriora facta compendio metrico retulisse in Opusculo de Palatinis Ung. ne igitur actum agerem, paucis omnino additis, aut mutatis ea huc transfuli; quandoquidem mei propositi est tantum illustriora facta canere. Si qui sunt proinde, qui plura de iis nosse expetant, consulant Cl. Nicolaum Schmitth, Ladislaum Turóczi, Carolum Péterffi, aliosque, quorum opera usus sum. Quanquam & hi defectu historicorum monumentorum adeo pauca de quibusdam scripsere, in prima præsertim, & altera Regum nostrorum Periodo,

do, ut sola fere nomina teneamus, acta ignoremus. Quapropter indicio futurum est, qui paucioribus, quam septem distichis abs me celebrantur, nihil illos præterea rerum suarum illustrium ad nos transmississe; nonnullos vero, in tertia cumprimis Periodo, longe plura.

Supereſt, ut Criticis meis respondeam; non que pro domo perorem mea; namque ego re eos ipsa refuto hoc jam tertium Opusculum in lucem edendo; sed si quos cupido inceſſerit ſimiles verſus in Patriæ utilitatem condendi, eorum dictis ſeſe abſtineri ne patiantur; neu illi adeo contempnim criſes ſuas a me haberi arbitrentur, ut nec brevi reſponſo eaſdem digner. Ajunt itaque Poetis incumbere res duntaxat fictas verſibus efferre, veras autem, & hiſtoricas nefas, ac barbarum eſſe. Quasi vero genus ſermonis adeo vile carmen ſit, ut ſolis Poetarum mendaciis deſerviat, a veritate autem penitus repelli debeat. Scimus Ovidium Faſtos Romanos, Lucanum Bellum Pharfalicum, Poetas Viennenses noſtra memoria Faſtos Eccleſiaſticos, & ſexcentos alios alia carmine hiſtorico complexos eſſe. Certe SS. Patres Proſper, & Prudentius, S. item Damafus Papa, ac permulti alii Sacro-Sancta Fi-
dei

dei nostræ Myſteria in carmen redegerunt, ſuaviter juvandæ memoriæ cauſa. Moyſes ipſe in Canticis ſuis, David in Pſalmis Divina Eloquia carmine ab ſe deducta cum poſteris communicarunt. Tantiſ exemplis ſecuro mihi eſſe licet. Ceterum haud equidem diffiteor fuiſſe quōſdam jam M. Val. Martialis ætate, qui Lucanum numero Poetarum eximendum putarint, quia hiftoriam Civilis belli narrare ſatis habuit, ac nihil more Poetarum finxit; unde Martialis in perſona Lucani hoc Epigramma profert:

Sunt quidam, qui me dicunt non eſſe Poetam;

Sed qui me vendit, Bibliopola putat.

Verum (quod recte obſervat P. Joſephus Juvenciuſ in notis ad Martialem) illud Ariſtoteles non videtur poſtulare, ut aliquis cenſeatur Poeta; ſiquidem Poetiſ nihil eſt aliud, quam imitatio humanarum actionum, quæ ſuavi ſtilo fiat; idque eo magis, ſi præterea Apodoſes, aut aliæ cogitationes ex ingenio Poetico enatæ, paſſim coronidis inſtar adjungantur, more eorum, qui Epigrammata ſcribunt. Porro alibi ipſe Martialis Lucanum Poetiſ ſat luculente accenſet, ubi de ejuſdem natali ſic canit:

Vatis Apollinei magno memorabilis ortu


Lux redit: Aonidum turba favete ſacriſ. &c.

Ego


Ego de Poetæ nomine nulli litem movero; id tantum contendo, me memoriæ Historiophilorum, prodesse studuisse, & fortasse nonnihil profuisse etiam. Tu, candide Lector, de meo in Patriam pio conatu meliora senti, & me contra id genus hominum censuras, ut adhuc fecisti, porro etiam mitis tuere, ac Vale,



SERIES



S E R I E S
ARCHI - EPISCOPORUM
STRIGONIENSIIUM.



I N P E R I O D O I.

S I V E

D O M E S T I C A
R E G U M U N G A R I Æ.

- I. ARCHI-EPISCOPUS** Dominicus I. **II. B. Sebastia-**
 nus. **III. Dominicus II.** **IV. Nezmias.** **V. De-**
 siderius. **VI. Acha.** **VII. Seraphinus.** **VIII. Lau-**
 rentius. **IX. Marcellus.** **X. Felicianus.** **XI. Mar-**
 tiri^{us}. **XII. Lucas Bánffy.** **XIII. Nicolaus I.**
XIV. Jobus. **XV. Guilielmus.** **XVI. Joannes I.**
 Dux

Dux Meraniæ. XVII. Robertus. XVIII. Mathias.
 XIX. Stephanus I. de Vancsa, S. R. E. Cardin.
 XX. Benedictus I. XXI. Philippus. XXII. Nico-
 laus II. XXIII. Benedictus II. XXIV. Lodome-
 rius. XXV. Gregorius.

IN PERIODO IL

S I V E

M I X T A

REGUM UNGARIÆ.

XXVI. ARCHI-EPISCOPUS Michael. XXVII. Tho-
 mas I. XXVIII. Boleslaus Dux Toftensis. XXIX.
 Csanadinus de Telegd. XXX. Nicolaus III. de
 Monofzló. XXXI. Thomas II. XXXII. Deme-
 trius S. R. E. Cardiaal. XXXIII. Joannes II. de Ka-
 nifa. XXXIV. Georgius I. C. de Hohenlohe.
 XXXV. Georgius II. Lépes. XXXVI. Thomas III.
 XXXVII. Georgius III. de Palócs. XXXVIII. Dio-
 nysius de Szécs S. R. E. Cardin. XXXIX. Joan-
 nes III. Vitéz S. R. E. Cardin. XL. Joannes IV.
 Alemannus. XLI. Joannes V. de Aragonia S. R.
 E. Cardin. XLII. Hippolytus Estensis, Dux Ferra-
 riæ, S. R. E. Cardin. XLIII. Thomas IV. Bakács,
 S. R. E.

S. R. E. Cardin. & Patriarch. Constantinop. XLIV.
 Georgius IV. Szakmári. XLV. Ladislaus Szálkán.
 XLVI. Paulus de Várda.

IN PERIODO III.

S I V E

A U S T R I A C A

R E G U M U N G A R I E.

XLVII. ARCHIEPISCOPUS *Postulatus* Georgius V.
 Martinusius S. R. E. Cardin. XLVIII. Nicolaus IV.
 Oláhus. XLIX. Antonius Verantius. L. Stepha-
 nus II. Fejérvöki. LI. Joannes VI. Kutaffi. LII.
 Franciscus I. e C. Forgács, S. R. E. Cardin. LIII. Pe-
 trus Pázmány, S. R. E. Cardin. LIV. Emericus I.
 Lofy. LV. Georgius VI. Lippai. LVI. Georgius
 VII. Szelepcsényi. LVII. Georgius VIII. e Comit.
 Szécsényi. LVIII. Leopoldus C. a Kollonics, S.
 R. E. Cardin. LIX. Christianus Augustus Dux
 Sax. S. R. E. Cardin. & S. R. I. Princeps. LX. Eme-
 ricus II. e Comit. Eszterházi, S. R. I. Princeps.
 LXI. Nicolaus V. e Comit. Csáki, S. R. I. Prin-
 ceps. LXII. Franciscus II. e Comit. Barkóczi,
 S. R. I. Princeps. LXIII. JOSEPHUS I. e Comit.
 de Batthyán, S. R. I. Princeps.

ARCHI-



**ARCHI-EPISCOPI
STRIGONIENSES
IN PERIODO I. SIVE DOMESTICA
REGUM UNGARIÆ.**

**I. ARCHI-EPISCOPUS
DOMINICUS I.**

*Sub Sancto Stephano ab Anno 1000.
ad Annum 1001.*

Auspicium felix! *Domini* de Nomine dictus A.C.
 Consequitur primus Strigoniense Pedum. 1000
 Per Stephanum lectus, stabilitur iudice Papa, A)
 Tempore quo Stephanus Regia scepra capit.

B

Hoc

a) Silvestro II.

- Hoc duce, Strigonii princeps Ecclesia surgit, A)
 A.C. Et Venerandorum parva caterva Patrum. B)
 1001 Hoc duce, Rex Divus Benedicti ditat Alumnos,
 Pannonii montis qui juga summa colunt. C)
 1001 Strigonii nactus tumuli perhibetur honores.
 Hunc cole *Protopatrem*, sanctior Hunne, tuum.

I I.

B. SEBASTIANUS.

*Sub S. Stephano ab Anno 1002.
 ad 1036.*

- D**otibus Angelicis Mitram, titulumque *Beati*,
 1002 Pannonici montis Flosque decusque refert. D)
 Astri-

-
- a) Strui cœpta a S. Stephano R. adlaborante Dominico, honoribus B. V. & S. Adalberti M. subinde nuncupata.
 b) Sive *Archi Capitulum* Strigonienſe, auctore Dominico, a S. Stephano fundatum, minore, ut in principio rerum, *Canonicorum* numero definitum defectu potissimum doctorum in Ungaria Virorum; nostra vero tempestate e Viris doctrina juxta, ac pietate florentissimis constat, unde ut plurimum Episcopi deliguntur.
 c) In Privilegio hujus *Archi-Abbatia* Dominicus Archi-Episcopus Strigon. ante Cebam Palatium immediate se subscripsit.
 d) Monachus ex Ordine S. Benedicti.

Monte super sacro modo structam dedicat Ædem, A) A. C,
 Pluraque conanti lumen utrumque perit. 1004
 Astricus B) cathedram vice cæci Præfulis implet;
 Jam videt, & cathedræ redditur ille suæ. 1006
 Progeniem Stephani lustralibus abluit undis, C)
 Virgineique facit fœdus inire thori. D)
 Csanadiense Pedum Divo dat habere Gerardo; 1030
 Sidereis demum fertur in astra rotis. 1036
 Hoc sine nil sanxit Stephanus, nil attigit unquam:
 Vel cæcus Stephano dux fuit ille viæ.



B 2

HL

-
- a) A Geyfa, patre S. Stephani, ædificari cœptam una cum
 Cœnobio PP. Benedictinorum.
 b) Episcopus, mox Archi-Episcopus Colocensis.
 c) S. Emericus, Albæ Regiæ natus Ann. 1007.
 d) S. Emericus ab hoc Archi-Præfule desponsatus est Ciccæ,
 Stephani Dalmatarum Regis filiz, Ann. 1026. Virgoque
 cum Virgine Sponsa perpetuo mansit.

III.

DOMINICUS II.

*Sub S. Stephano, & Petro ab An. 1037.
ad 1046.*

Pannoniæ primam quondam gestasse Tiaram
Hunc Divi Stephani Regia scripta probant. A)
A Stephani fatis, redimit diademate Petrum;
A.C. Martyrium, Vatha triste furente, subit: B)
1046 Præsulibus ternis duntaxat Vatha pepercit: C)
Martyrium invidit scilicet hisce tribus.



IV.

-
- A) In fundatione *Abbasie de Beel* Ordinis S. Benedicti Anno 1037.
B) Erat Vatha Hunnicæ superstitionis instaurator, & savissimus Christianorum hostis.
C) Mauro Quinque-Ecclesiensis, Modesto Jaurinensis, & Neæmiæ, Ecclesiæ nescio cujus, Episcopis.

I V.

N E Æ M I A S.

*Sub Andrea I. Bela I. S. Salamone, &
Geysa I. ab An. 1048. ad 1077.*

Regibus imposuit patrium diadema quaternis, A)

Myſta Neamias quando ſupremus erat.

Connubiale ſacrum Salamoni, funebre Belæ,

Geysæque exolvit; ſacra Statuta tulit. B)

Sanguineas Vathæ furias cum Rege coercens,

Chriſtiadum reduci pectora pace levat.

A.C.

Cum caput efferrent, Bela regnante, feroces,

1061

Immiſſis pugilum diſperiere globis.

In Neogradenſi coemit ſibi limite *Lucben*, C)

Inque Tihanyenſi vertice Tempa ſacrat. D)

2055

Conciliat Geysæ Salamonem. Laus prope princeps

Præſulis eſt fratrum tollere diſſidium.

B 3

V.

A) Bela I. Salamoni altera vice, Geysæ I. & S. Ladislao.

B) Lege eas Eccl.iaſticas, conſtitutiones apud P. Carolum
Péterii e S. J. *Conciliorum Ungaricorum P. I. p. 13.*

C) *Lucben* fundi nomen eſt.

D) Ab Andrea I. ex voto templum hoc una cum *Abbaria* Or-
dinis S. Benedicti fundatum ob reſtam de Henrico III.
victoriam.

V.

DESIDERIUS.

Sub S. Salamone, & S. Ladislao ab Anno 1078. ad 1084.

Muneribus gestis, a) suada, pietateque summus
Vir Desiderius, Metropolita fuit.

Pofoniense solum Salamone Marte terentem

A.C. Nequidquam ad pacis sollicitabat opus.

1079 Ergo Ladislaus violentum carcere mulctat, b)
Viscera ne Patriæ dilaniare queat.

1083 Dum Desiderius Stephani sacra ossa levaret,
Liberat admonitu Rex Salamona DEI. c)

1080 Nec Boleslaum d) meliori fruge monebat
Archi-Pater diræ pœnituisse necis.

Quippe

a) Fuit is antea Episcopus Jaurinensis, & Colocensis Archi-Episcopus.

b) S. Ladislaus R. patruelis ejusdem Salamonis R.

c) Neque enim saxum, tumulo S. Stephani R. incumbens, ulla vi removeri poterat, usque dum a S. Moniali, cui *Charitas* nomen, S. Ladislaus admonitus Salamone eliberasset.

d) Regem Poloniae, in Ungariam profugum cum filio Miescone.

Quippe Stanislaum A) gladiis ubi sustulit, amens
 Factus in Ungaria, sub styga vertit iter. B)
 Sic geminos frustra connixus flectere Reges,
 In desideriis substitit usque piis.

V I.

A C H A.

Sub S. Ladislao Ann. 1085.

Acha Palatino, cognomine patre, creatus, c) A.C.
 Archi-quidem-Præful Strigoniensis erat. 1085

Sed neque gesta patent, neque vitæ terminus actæ,
 Usque adeo mordax omnia tempus edit.

Purpurei Patres Urbanum d) quando jubebant 1088
 Pontificem, præsens Præful & Acha fuit. e)

Quidquid id est; Magno major fuit Acha parente,
 Namque sui pater est Metropolita patris.

B 4

VII.

- a) S. Stanislaum Cracoviensem Episcopum.
- b) Nonnulli literis prodidere stimulum Boleslaum conscientia scelerum in Crenobio quodam errata expiasse.
- c) Vide illum in Palatinorum Ung. compendio metrico.
- d) Secundum.
- e) Tanquam Caput Legationis a S. Ladislao Romam missa, prout quidem existimat P. Inchoffer in MS. pag. 249.

V I I.

S E R A P H I N U S.

*Sub S. Ladislao, & Colomano ab An. 1089.
ad 1104.*

A.C.

- 1092 **C**oncilio Patrum Seraphinus rite coacto
Affert vulneribus Religionis opem. a)
Mars siquidem ancipici dum versat turbine Reges,
Pristina defluxit forma, vigorque Sacris.
- 1096 Collocat Ungaricam Colomani in fronte Coronam,
Priscaque confirmat robore Jura novo. b)
- 1096 Castra Palæstinam tendentia, Præfulis ore
Rex delinitus, per sua Regna fovet. c)
- 1104 Ad Boleslaum d) Legati munere functus,
In Coelos morbi vi Seraphinus abit.

An-

-
- a) Consule de Synodi hujus statutis P. Péterffi *Conc. P. I.*
- b) Vide collectionem earum Sanctionum Ecclesiasticarum
apud P. Péterffi *Conc. P. I.*
- c) Agmen primum Sacræ expeditionis Colomanus aditu
Ungariæ propter atrocina prohibiturus erat, nisi id
viam sibi armis aperuisset; agmen alterum, cui Gode-
fridus Bulionius, Lotharingiæ Dux, præerat, amice ac-
cepit, commeatibus jovit.
- d) Ducem Poloniæ.

Angelus hic Regi datus est tutela feroci,
 Quem non flexurus, ni Seraphinus, erat.

V I I I.

L A U R E N T I U S.

*Sub Colomano, & Stephano II. ab Anno
 1105. ad 1118.*

Voce potens, rerumque potens Laurentius usu,
 Post Agriense Pedum, Strigonienſe gerit.
 Qua potis eſt, genium Colomani frenat, iterque
 Bis cum Rege facit, Dalmatiamque videt. A.C.
 Dalmaticum Clerum Rex *Libertatibus* iſdem, 1111
 Queis gaudet Noſter, Præſule agente, beat.
 Ejus ad hortatum Colomanus liberat Almu a)
 Carceris e tenebris, compedibusque levat.
 Luminibus ſed mox Belam b) trux orbat, & Almu. 1113
 Evocat ad Synodum Metropolitæ Patres. c)
 Incingit Stephanum, vivente parente, Corona, 1113
 Sceptraque dexterius patre rotare docet.

B 5

More

a) Germanum ſuum.
 b) Almi filium, poſtea Regem Ung.
 c) P. Péterſi *Conc. P. I.*

More patris Stephanus, tumulato Præfule, sævit;
Fitque leo subito, qui prius agnus erat.

I X.

MARCELLUS.

Sub Stephano II. Anno 1119.

Messibus undenis Vaciensis Episcopus, Ædem,
A.C. Cui præerat, sacram divite dote colit. A),

1124 Dalmaticas properat jam Præsul summus in oras,
Regia consiliis ut regar arma suis.

Vindicat *Abbati de Gron* Vir fortis, & æquus
E Comitis picea prædia sacra manu. B)

1127 Inferias Almo lugubres instruit Ajbæ,
Æmathiæ profugum quem rapuere plagæ. C)

Mor-

a) Vaciensi etenim Ecclesiæ domesticam supellestem omnem
& fundos, ære suo comparatos, liberali sane animo
transcripsit.

b) Othmarii Barfienfis Comitis.

c) Metu siquidem Colomani in Macedoniam, Græcis subjer-
ctam, Almus diverterat. Consule de turbis his Cl.
Georgii Pray, Historiographi Cæsareo-Regii, eruditiss-
mos *Annales Ungariæ* in Colomano, & Stephano H.

Mortuus incerto Marcellus traditur anno;
Morte minus certum nam nihil esse solet.

X.

FELICIANUS.

*Sub Stephano II. Bela II. & Geysa II. ab
An. 1127. ad circiter 1150.*

In Transilvani latitans lare Præfulis hujus
Bela, metu patruī, A) cæcus & exul, erat. A.C.
Sub Stephano prima redimitus tempora Mitra, 1127
Provexit curis Sacra, profana, suis.
Exequias Belæ simul atque peregerat Albæ, 1141
Inferit in Geysæ sceptrâ paterna manus.
Principibus Patriæ tenerum committit Alumnum, B)
Officio veri fungitur ipse patris.
Quinquaginta dedit modiorum millia plebi, 1143
Pannonias dira depopulante fame.
Corporis, ac animi qui pascit pane popellum
Mystra suum, duplici dignus honore coli est.

XI.

A) Colomani R.

B) Geysam II. duodecim duntaxat annos vitæ id temporis
numerantem.

X I.

MARTIRIUS.

A.C. *Sub Geysa II. ab An. 1151. ad 1161.*

1151 **A**gria Strigonium mirato Praefide donat
Martirio, summa religione Viro.

1151 In veteri Buda Marianam consecrat Aedem, a)
Et Cisterciatas auget in Ungaria.

1156 Comparat aere suo villas, sacrumque Senatum b)
Villarum *decimis* perpete jure beat.

1156 Strigonii *Magnae Dominae* altam fabricat Aram, c)
Subque Ara cryptam construit ipse sibi.

1157 Auspice Martirio, Nitriensi redditur urbi
Antistes, longum quo viduata fuit. d)

Dum

a) A S. Ladislao extrui ceptam.

b) Sive Collegium *Canonicorum* Strig. conferendo eidem
70. Villarum *decimas* rerum omnium; altero mox an-
no addidit ex Regia Geysae beneficentia Vestigal falis
Oppidorum *Nanae*, & *Kokasbii*.

c) In Basilica Strigoniensi.

d) Jam inde a *Benzerro*, sive *Biszerricio*, vel rectius forte,
ut existimat Cl. Pray, *Benesba*, Christi causa cum S.
Gerardo trucidato per Vatham, usque ad Edvardum,
modo creatum a Geysa II. Episcopum.

Dum Templum Stephani molitur honoribus Albæ, A. C.

In medio, raptus morte, labore cadit. A) 1161

Corporis exuvias posuit sub Virginis Ara:

Supra Aram meritis deposuisse fuit.

X I I.

LUCAS BÀNFFIUS.

Sub Stephano III. Ladislao II. Stephano IV.

& Bela III. ab An. 1162. ad 1179.

Bànffius incinxit sacro diademate binos, B)

Moribus Angelicis, Pallade, Stirpe nitens.

Martirii a facis, sublatas crimine gemmas c)

Sacrum in thesaurum, Rege favente, refert. 1162

Addit Alexandro, D) Callisto E) demit honorem

Papalem, Ungarica gente, domoque fato. 1170

Cum

A) Basilicam istam, S. Stephano R. ædificari cœptam, absolvit subinde magnifice Euphrosina Geyse II. conjux, adjecto amplo Cœnobio in usum Crucigerorum.

B) Stephanum III. & Belam III.

C) A Comite Jordano, ærarii Regii Præfecto.

D) Tertio, promulgando per Ungariam legitimum ejus Pontificatum.

E) Callisto III. Antipapæ, alias Joanni Strumensi Episcopo, gente Ungaro.

Cum Rex Bela A) sacros pretio conferret honores,
 A.C. Concilio tantum præpedit ille nefas. B)
 1174 Hæresin C) a patriis quo pervigil arceat Aris,
 Pontificis calamo commonefactus erat. D)
 1179 A morbo demum diuturno morte levatus,
 Prodigijs radiat, miraque læpe patrat.
 Papa bis ejusdem miros examinat actus;
 Si ter, Coelicolis annumerasset eum.

XIII

NICOLAUS I.

Sub Bela III. ab Anno 1180. ad 1183.

Archi-Mitra cinctus ternos Nicolaus in annos,
 Elogium in factis perbreve prorsus habet.
 Grandia Bela tamen, Nicolao auctore, patrabat;
 Bela sacrorum portus & ara Patrum.

Pro-

-
- a) Cl. Nicolaus Schmitth hunc nævum Stephano III. attribuit; sed Belæ III. tribuendum esse constat ex Cl. Pray *Annalibus*.
- b) Meminit hujusce Synodi Provincialis P. Péterfi. *P. K. Conc.*
- c) Albigensum, in Bosnia grassantium.
- d) Alexandri III.

Pro *Cisterciis* geminas crexerat ædes, A) A.C.
 Dotarat dictos a *Cruce* Bela viros. B) 1182
 Quæ *Cisterciæ* Francorum munere Regum
 Jura tenent, eadem Rex rata jura jubet. C)
 Talia Bela equidem, verum duce Præsule, gessit:
 Laus utri potior competat, ambiguum est.

XIV.

J O B U S.

Sub Bela III. & Emerico ab An. 1184.
ad circ. 1204.

Pastor Apostolicus Peucensis D) Jobus Ovilis,
 Strigonii solium Pontificale subit.

1184

Archi-

A) *Abbatiam* Bakoniensem An. 1182. & S. Gotthardi An.
 1183.

B) Tradende villam *Sigaye* cum Ecclesia S. Georgii.

C) Diploma Confirmationis harum immunitatum lege apud
 P. Malachiam Rosenthal ex eodem Sacro Ordine.

D) Seu Quinque-Ecclesiensis.

- 1186 Archi-datos-Myflis confirmat Bela favores, A)
 Ungendi Reges jus quoque Papa facit. B)
 1192 Papa Ladislaum, c) Bela, Joboque precante,
 In Divum tabulas, & monumenta refert.
 1202 A Belæ exequiis, Emerico jungere Regi
 Andream fratrem pacis amore studet. D)
 Constabilit *decimas*, E) dat Regia testā, F) *Pise-*
tum, G)
 1202 Et varias Jobo Rex Emericus opes. H)
 Hæresin ut jugulet, I) Bosnæ submittit Alumnos;
 Ipse Palæstinas ardet adire plagas.
 1204 Mors iter impediit; perituro proque triumpho
 Ætherium Jobus, munere mortis, agit.

XV.

-
- A) A priscis Ungariæ Regibus concessos, potissimum vero
 donationem Oppidi *Vajka*.
 B) Gregorius VIII. Recole quæ de hac prerogativa diximus in
 proloquio.
 C) Primum.
 D) De dissidiis istis inspicere compendium metricum Regum
 Ung. in Emerico Rege.
 E) Ex annuis fructibus Regum Ung.
 F) In Castro Strigoniensi omni apparatu instructa.
 G) Sive ramenta auri, juxta Schemnicium reperti circa An-
 num 1202.
 H) Tributum fori Strigoniensis, & fundos quasdam Regios.
 I) Albigensum.

X V.

GUILIELMUS.

Sub Emerico Anno circiter 1204. A.C.

Pontificem Ungariæ summum Guilelmus agebat 1204
Mensēs bis senos, ut meminere senes.

Non pater, aut mater Guilelmi, factave constant:
Melchisedech illum jure vocare potes.

X V I.

J O A N N E S I.
DUX MERANIE.

*Sub Andrea II. ab Antr. 1206. ad
circiter 1223.*

Dux Tirolis, a) frater Gertrudis, b) Mylla su-
premus

Deligitur, gereret cum Colocense Pedum. 1206

C

Um-

a) Sux Merania-

b) Conjugis Andree II-

A.C. 34 ARCHIEPISCOPI STRIGONIENSES

- 1209 Ungariæ Reges ungenti jus sibi rursùm a)
Afferit, atque alto sanguine digna gerit.
- 1211 Tirnaviensis agri *decimis* Collegia Patrum b)
Dotat, & ab Fisco prædia sacra rapit. c)
- 1212 Jurene Bankbanus Gertrudem cædere possit?
Quæsitus, dubios edidit ore sonos. d)
- 1217 Oppidulo *Pográn*, fundisque remunerat ipsum e)
Ab Solyma Andreas in sua Regna redux.
- 1222 *Cyriacos Patres* f) primus deducit ad Hunnos,
Cumanisq̄ viros mittit Apostolicos.
Perdidit hic dubia Reginam voce forem:
Terrigenæ dubia parcite voce loqui.

XVII.

-
- a) Obteno confirmationis Diplomate ab Innocentio III.
quod lege apud P. Schmitth in Archi-Episc. Strig.
- b) In *similani*, & *carues Canonice* Strig. ut legere est in
litteris donationis.
- c) Fundos veteris Budæ.
- d) In hæc verba: *Reginam occidere nolite * timere * bonum est:
si omnes consensiant * ego non * contradico*. Occisa ea
mox est a Bankbano Palatino; quam rem vide in Pa-
latinorum Ung. compendio metrico.
- e) *Pográn* in Comitatu Nitriensi, fundi vero in Transilvania
fiti ii erant.
- f) Id est Dominicanos; ἀπὸ τῆς πόλεως *Cyriaci*.

XVII.

ROBERTUS.

*Sub Andrea II. & Bela IV. ab An. 1224.
ad 1238.*

R exit ubi lustris ternis Robertus Ovile	A. C.
Veszprimiense, Pedum Strigoniense capit:	1224
Conciliat Christo Cumanos, rite solutus	1227
Rostea quam voti religione foret.	
Quippe Palæstinam vovit se Præsul iturum,	
In Saracenorum spargat ut orbæ fidem. A)	
Prodigiis celebris quo tandem Bânffius Aras	
Inscendat, Papam supplice voce rogat.	
Pannoniæ toti Sacrorum denegat usum,	1232
Publicus Hebræis quod patuisset honos. B)	
Templorum referat penetralia vere sequenti,	
Cum bene peccati poenituisse videt.	

C 2

Gens

-
- a) Gregorius IX. voto hoc commutato, cum potestate *Legati Apostolici* Robertum ad Cumanos, in Ungaria degentes, misit, quos etiam potiore parte Ecclesiæ adjunxit, adjunctus a PP. Dominicanis.
- b) Rege Andrea II. cum suis excepto, qui pariter Decreto vetuerat, ut ne Judæi, & Saraceni publicis muneribus admoverentur, sed incassum. Legisse hoc super *Interdicto* joverit Cl. Pray *Annales* in Andrea II.

Gens Cumana, tuus fuit hic Vir Apostolus: illi
Auratam statuam, si finit arca, leva.

X V I I I.

M A T H I A S.

Sub Bela IV. ab An. 1239. ad 1241.

- U**bera fugebat cum Bela Rege Mathias, A)
A.C. Egregia plane nobilitate satius.
1239 *Præposito* e Budæ supremus Mysta creatus,
Ungariæ Primas occipit esse simul.
Rebus in ambiguis pendebat ab ore Mathiæ
Rex, nec ab ostenso calle reflexit iter.
1239 Oppida bina, *Poob*, *Födemes*, Rex donat eidem.
Et pro condenda jus facit urbe nova. B)
Metropolitanos super isthæc Bela colonos
Pendere Principibus sueta tributa vetat. C)

Tar-

a) Bela IV. olim collactaneus.

b) Archiepiscopi Strigoniensi, cui arx ejusdem nominis
infidet.

c) Teloniorum.

Tartarus in *Peszto* A) demessuit ense Mathiam, 1241
Pastoremque gregi trux superimposuit.

Et stetit, & cecidit generosus pro grege; Jamque
Sanguine, quos unda laverat ante, lavat.

X L

S T E P H A N U S

D E V A N C S A ,

S. R. E. C A R D I N A L I S .

Sub Beta IV. ab Anno 1242. ad 1253.

Antistes Stephanus Vaciensis, stemmate clarus,
Dalmatiam, Belæ confociarus, adit.

Summus ibi Ungariæ Mystes ab Rege jubetur; 1242

Legatus Romam, Vindobonamque petit. B)

Redditus Ungariæ, cum Bela Numinis Ædes, 1243

Tartarica versas impietate, novat.

C 3

Scri-

a) *Peszto* Oppidum est, ubi Mathias cum Ugolino Coloc.

• Archi-Episcopo, Georgio Jaurinensi, & Reynaldo Transiv. Episcopis cæsus est.

b) A Pontifice, & Friderico Imp. suppetias Belæ adversus
Tartaros postulaturus.

38. ARCHI-EPISCOPI STRIGONIENSES

Strigoniense refert Regali munere castrum, A)

A. C. Teque Ara posita, Lucia Virgo, colit. B)

1252 Tum Prænestina Mitra, rubeoque Galero

Hunniadum primus velat in Urbe caput.

Parthenoni *Clarae*, modo nato, factus in Urbe

Protektor, repetit patria Regna (ubin. c)

Nil potuit Stephano majus dare Papa Galero;

Majori Stephanus munere dignus erat.

X X.

B E N E D I C T U S I.

*Sub Bela IV. ab Anno 1253.
ad 1261.*

Pontificem spatio Colocensem pene decenni
Expetit ad primam Bela vocare Mitram.

Papa

A) Juris antehac Regii.

B) Aram hanc, in Basilica Strig. eleganter eductam, annis
reditibus ditavit.

C) Cæli Romani intemperiem non ferens rediit, titulisque,
duntaxat Archi-Episcopi Strig. usus est deinceps.

Papa refragatur : A) geminat Rex vota, precesque, A. C.

Moxque beat prima, te Benedicte, Mitra. 1253

Ottocarum B) Belæ Benedictus foedere jungit

Pacis; & ad Synodum mandat adesse Patres. c)

Tartarus Ungariæ cum rursus dira minatur, 1259


Consiliis Præsul castra inimica fugat. D)

Pannoniæ Stephanum redimit diademate Quintum. E) 1260

Strigonii in sacra mortuus Æde jacet.

Luxerat accensæ, dum vixit, more lucernæ; F)

Sub medio lucem jam Libitina tegit.



A) Innocentius IV. propterea, quod Stephanus de Vancsa
S. R. E. Cardinalis animi penderet, redeatne Strigonium,
an penes Ecclesiam Prænestinam maneat.

B) Bohemorum Regem.

C) P. Péterffi *Conc. P. I.*

D) Persuadendo Regi *insurrectionem*, ut vocant, *generalem*,
qua visa metu Tartari dilapsi sunt.

E) Belæ IV. filium.

F) *Lucerna* eum assimilavit Bela IV. in suo ad Innocen-
tium IV. supplici libello.

X X I.

P H I L I P P U S.

*Sub Bela IV. & Stephano V. ab An. 1262.
ad 1272.*

A. C.

1262 **Z**agrabie Præful vix Metropolitica creatus,

Mutua Ponnonios bella ciere videt:

Marte laceffisset Stephanus jam jamque paren-
tem, A)

Pontificum studio pax nisi nata foret.

1263 Inde *Flagellantum* pestem prælocat in herba, B)

Toxica qui nostris prima tulere Sacris,

1270 Metropolitanis data passim jura redegit

Præful ut in summam, Rex ea firma facit.

1272 Trans Dravum *decimas*, a Belæ morte, Philippo

Solvere Præfecti, pectora avara, negant.

Rex Stephanus motam finit pro Præfule litem;

Nec mora: Rex idem carpit in astra viam.

See-

A) Belam IV.

B) Hæresici hi austeritate, quam præferebant, vite non paucis imposuere.

Sceptra Ladislao a) confert Regalia Præsul,
 Prodigisque vacat, Margari Virgo, tuis, b)
 Examen coeptum mors Præfulis interruptit.
 Prodigio dignus vivere porro fuit.

XXII.

NICOLAUS II.

*Sub Ladislao IV. ab Ann. 1273.
 ad 1274.*

Archi Patrum in serie Nicolaus non stetit unquam;

Schmiech clarat tanto primus honore Virum. c)

De cathedra in tumulum prolapsus præcoce fato est: 1274

Hac tantum stabiles in statione sumus.

-
- a) Quarto, Stephani Quinti filio, de quibus consule compendium metricum Regum Ung.
- b) B. Margarithæ, Belæ IV, filiz, Sanctimonialis Ordinis S. Dominici, mox ab obitu multis inclarescentis prodigiis. Vitam ejus patrio idioma luci dedit Cl. Pray, quam lege.
- c) Idque ex fide Diplomatis Ladislai IV. ubi Nicolaus *Electus* Archi-Episcopus Strigoniensis scribitur.

X X I I I.

B E N E D I C T U S II.

*Sub Ladislao IV. ab Anno 1274. ad
circ. 1276.*

Nec magis Archi - Patrum Benedictus in ordine
stabat;

Per Schmitth hic primo cœpit habere locum. A)

Præpositus Budæ, Vice-Cancellarius Aulæ,

A.C. Et tantum *Electus* Metropolita fuit.

1275 Conciliaturus sibi sacrum munere Cœtum, B)

Oppidum ei *Bermotb*, Rege volente, dedit.

Hesternum sœdenim civem sacer Ordo perosus,

Pontificem e gremio deligit ipse suo. c)

Jurgia composuit Benedicti denique lethum.

Vivos duntaxat rodere livor amat.



XXIV.

A) *Authoritate Diplomatis.*

B) *Canonicorum Strigon.*

C) *Latet nos nomen tunc electi ab Episcopis Ung.*

XXIV.

LODOMERIUS.

*Sub Ladislao IV. & Andrea III. ab An.
1279. ad 1299.*

Pincipibus Russis Lodomerius ortus, in Aula
Regali cultus Palladis arte fuit.

Post Varadinensem duo gestam lustra Tiaram, A.C.

In solium Præful Strigoniense venit. 1279

Tergeminas Synodos, Vir maximus undique, co-
git; a)

Deque jugo Veneris Regia colla levat. b)

Metropolitanam donis Rex excolit Edem, c) 1283

Ampliat & fundos, Metropolita, tuos.

Pellicibus junctum Cumanis denuo Regem 1287

Fulmine Apostolico Metropolita ferit.

Jam-

a) P. Péterffi P. I. Conc.

b) Ladislai IV.

c) Edidit Ladislaus IV. Diploma, quo jus facit cuivis nobili donandi, legandi facultates suas Ecclesiæ Strigoniensi; tum si in fundis Archi-Episcopalibus, aut *Capituli* Strigon. reperirentur argenti, aurive venæ, cederent eidem Ecclesiæ: demum subditos sive Archi-Præfulis, sive *Capituli* certis vectigalibus liberat.

1290 Jamque Ladislao caeso, A) diademate Regem
Andream decorat, praemiaque ampla refert. B)
Andreae trabea Martellum e) Praesul ut ornet,
Saepe, sed incassum, sollicitatus erat. D)
Hunc nequirit quisquam donisve, minisve vel un-
guem.

Tramite de recto flectere; tam Vir erat.

XXV.

GREGORIUS.

Sub Andrea III. ab Ann. 1299. ad 1303.

Esset nehic meruit, nec nostris agnitus unquam
Praesul ab Hunniadis Strigoniensis erat.

Cingat ut Ungarico Carolum f) diademate, Praesul

1299 Dicitur ab externis f) Strigoniensis erat.

Nescio

a) A. Cumanis.

b) Romaniam ab Rege; villam vero de *Mobis* ab uxore
Regis Fennena.

c) Regem Siciliz.

d) A. Nicolao IV. quam rem urere possumus & alii Pon-
tifices, uti jam videbimus,

e) Filium Martelli, de quo supra.

f) A. Dalmatis imprimis.

Nescio quo Carolum diademate cingit in urbe A.C.

Strigonio, firmet jus ut in Ungariam. 1300

Interea Præsul Colocensis, turbaque Patrum

Dant Wenceslao Regia signa Duci. A) 1301

Pannonibus fulmen Romanum Papa minatur,

Angelicum Carolo si diadema negent.

Gregorius demum caput ense reciditur; B) ut ne, 1303

Quo gestet Mitram, possit habere caput.



ARCHI-

A) Wenceslai Regis Bohemia filio, quem vide in Regum Ung. compendio metrico.

B) A filiis Nicolai Ducis de Columna captus, & trucidatus.



ARCHI-EPISCOPI
STRIGONIENSES
IN PERIODO II, SIVE MIXTA
REGUM UNGARIÆ.

XXVI. ARCHIEPISCOPUS
MICHAEL.

Sub Wenceslao ab Anno 1303. ad 1305.

A. C.

1303

M

Metropolitana Michael in Sede locatur

Per Wenceslaum, Vir probus, atque sagax. A)

Collatam stabilit Benedictus Papa cathedram :

Pro tanto gratus munere semper erat.

Devotus siquidem Caroli, quem Papa jubebat

Ungariæ Regem, partibus usque fuit.

1305 Cumque per Ungariæ Procerum suffragia lectus

Otto foret, sacrum qui diadema ferat;

Abnuat Ottonem Michael redimire Corona,

Hasque vices Præful Chanadiensis obit.

Ne

a) Antehac Episcopus Zagrabienfis.

Ne Patriæ fluctus magis asperet, exiit artus.

1308

Dum Patriæ proſis, oppetiſſe juvat.

XXVII

THOMAS I.

Sub Ottone, & Carolo I. ab ann. 1305.
ad 1320.

Præſulibus Magnis, geſtarum pondere rerum,
Accenſere Thomam ſecula jure queant.

Perculit Henrici Bani duo pignora A) ſacro 1305

Fulmine, quod Divûm diripere lares.

Clarae Parchenias decimis abſolvit Alumnas; B) 1309

Conciliis binis, magna gerendo, præſt. C)

Ab Tranſilvanis patrium diadema reportat, D) 1310

Ac Carolum tanto pignore rite beat.

Tren-

A) Joannem II. Palatinum (de quo conſule compendium
Metricum Palatinorum Ung.) & Henricum, Eccleſiæ
Strig. ſacrilegos invalores.

B) Timaviennes.

C) P. Péterſſi Conc. P. I.

D) Detentum ab Ladislao Ques, ſive Apoc, Vajroda Tran-
ſilvaniz.

A.C. 48 ARCHL-EPISCOPI STRIGONIENSES:

1312 Trenchiniensis herus Matthæus b) prædia passim
Præfulis in tristem vertit ubique pyram.

1315 Moxque Comaromiun sibi Præful munere Regis
Vendicat; at modico tempore perstat herus.

1320 Nam Carolo pro Bars, & pro Bács b) reddit id
ulero.

Que sua erant Regi reddidit, atque DEO.

X X V I I I

B O L E S L A U S D U X T O S T E N S I U M.

Sub Carolo I. ab Ann. 1321. ad 1329

Dux Boleslaus Tostensis, credere supra

Quam possis, Magnus Metropolita fuit.

1321 Ab Carolo genitum Carolum Baptismate tingit;

Pro Nisiderio c) bis gerit arma forti.

Nobilibus primum, Carolo deia eripit illud,

Suffultus Themidis, Pontificisque manu.

Unga-

a) Palatinus.

b) In Provincia Fontensi situs uterque locus.

c) Nisiderium vastum Oppidum ad lacum Fertõ, dono datum Ecclesie Strig. ab Agnete Andrea III. conjugē.

- Ungariæ *Abbates* Conventum quolibet anno
Cogere, sic Papa præcipiente, jubet. A) 1327
- Hæresin, Aufonio percussam fulmine, *Fratri-*
cellorum, patrio navus in orbe necat. B) 1328
- Pannonios agros populas ore locustas
Vinetus sanctus Vir nocuisse vetat.
- Prodigium vini, ceu, Christus, fecerat ergo;
Ne Mystis siccos præbeat Ara scyphos.

XXIX.

CSANADINUS

DE TELEGD.

*Sub Carolo I. & Ludovico I. ab Ann. 1330.
ad 1350.*

Editus in lucem Csanadinus stirpe vetusta,
Strigoniense Pedum post Agriense tenet.

D

Pro-

-
- A) Ad instaurandam, sicubi defluxit, Cœnobiorum disciplinam; id quod fieri jam olim Honorius III. iusserat.
- B) Hæresis *Fratricellorum*, in omnem libidinem effusa, secunda fuit, quæ avita in Pannoniis Sacra pessumdare moliebatur.

- 1332 Progeniem Caroli Iustralibus excipit undis, A)
Compatrique suo Rex dat habere *Gyrub.* B)
 Insuper a Carolo recipit sua prædia Præsul,
 Quæ per Matthæi rapta fuere scelus. c)
 1337 In *Viridi Campo* prostratam Numinis Ædem D)
 Erigit, & dotat, multiplicatque viris.
 1342 Funebri Carolum tollit super æthera suada,
 Inque Thronum patris te, Ludovice; levat.
 1347 Invehit Italiæ fera cum Rex prælia, E) Præsul
 Pannoniam mira sedulitate regit.
 Tertia Pannoniæ pars hoc sub Præfule claustris
 Abdita erat, quin sit fama fuisse famem.



XXX.

-
- A) Stephanum.
 B) Oppidum in Comitatu Comaromiensi.
 C) Matthæi Trenchinienfis, de quo paulo ante in Thoma I.
 D) Ecclesiam S. Georgii M. de *Viridi Campo Strigoniensi*
 appellatam S. Stephanus fundaverat; per Tartaros sub-
 inde, & Matthæum Trenchiniensem labefactatam in-
 stauravit Csanadinus, atque Præposito, & 4. Sacerdo-
 tibus alios 4. adjunxit.
 E) Propter cædem fratris sui Andreæ.

XXX.

NICOLAUS III.

DE MONOSZLÓ.

*Sub Ludovico I. ab Anno 1351.
ad 1366.*

Antistes Nitriæ Nicolaus, sanguine clarus,
Legatus felix Avenione redit. A) A. C.
Metropolitanam fert pro mercede Tiaram, 1351
Strigonii Synodos instituitque duas. B)
Præpositus Synodos *Albensis* adire recusans,
Ceu liber, Papa iudice lite cadit.
Ore potens, pariterque manu; quos voce nequibat,
Excidit ferro fortiter hæreticos.
Bulgariam, Bosnamque domat, captoque Vidino, 1359
Pellit Bulgaricis hæresin ense plagis.
Austriacis Ducibus c) Ludovicum fœdere pacis 1362
Alligat, ut quovis tutus ab hoste regat.
Ungariæ quantum Ludovicus profuit armis,
Tantundem Præsul profuit iste Sacris.

D 2

XXXI.

A) Missus illuc ad Clementem VI. in causa Andreæ czsi.

B) P. Péterffi *Conc. P. I.*

C) Rudolpho, Friderico, Alberto, & Leopoldo.

XXXI

THOMAS II

Sub Ludovico I. ab An. 1367. ad 1378.

Doctorum quondam redimicum tempora Lau-
ro, A)

A.C. Jam quoque præcingit Virta sacrata Thomam.

1368 Seraphicos Partes Bosnesem mittit in agrum,
Hæresis ut passim monstra relicta fugent.

1370 Hoc duce, *Aquisgrani* Ludovicus nobile tectum
Ungaria Domina fuscitat, addit opes. B)

1371 Producente moras in terris Rege Polonis,
Hunniadas mira dirigit arte Thomas.

1373 Pontificis suasu, Ludovicum stringere ferrum
Adversum Turcos, pectora læva, monet. C)

1374 *Schismate* deposito, Valachis Antistes eodem
Iudice, ne repetant avia prisca, datur. D)

Interit

A) *Doctor Decretorum.*

B) Sacellum isthoc propemodum e ruinis vindicavit nostra ætate Comes Carolus Batthyáni supremus Armorum Præfectus, iis in terris cum militaret.

C) Ab hoc bello avocarunt Regem motus in Polonia exciti, & metus Dalmatiæ amittendæ.

D) Antonius quidam ex Ord. S. Francisci, Archi-Episcopo Colocensi. in Spiritualibus subjectus.

Interit ingenti populi, Regisque dolere;

Nomine quippe Thomas, reque secundus erat.

XXXII.

DEMETRIUS

S. R. E. CARDINALIS.

*Sub Ludovico I. Maria, & Carolo II. ab
An. 1379. ad 1386.*

Demetrii, nobis ignota gente creati,

Ornavit meritum Micra quaterna caput. A)

Sedis Apostolicæ Legatus, fulgidus ostro

Romuleo, B) parvo tempore magna gerit.

A. C.

Exuvias Pauli, depositas Regis in Aula,

1381

In *Paulinorum* transvehit inde larem. c)

Concilium celebrat; d) Ludovici a morte Mariam

Insignit sceptris, consiliisque regit.

D 3

Hoc

A) Primum Syrmienfis, dein Varadinensis, tum Zagrabienfis, demum Sirigoniensis.

B) Presbyter Cardinalis *tit. SS. Coronatorum*.

C) Ad Cœnobium S. Laurentii supra Budam. Thesaurus iste occasione pacificationis Venetæ, a Duce Venetorum Contareno Ludovico datus erat.

D) P. Péterffi *Conc. P. I.*

- A.C. 54 ARCHI-EPISCOPI STRIGONIENSES
 1384 Hoc *Libertates* Hunnorum auctore Maria
 Approbat, & nunquam non jubet esse ratas. A)
 1386 Reginam Hedvigem B) Lechas comitatur in oras;
 Inde redux Carolo dat diadema sacrum. C)
 Strigonii *Christi pro Corpore* fabricat Ædem; D)
 Nec procul a *Christi Corpore* corpus habet.

X X X I I I .

J O A N N E S I I .
 D E K A N I S A .

*Sub Sigismundo ab Anno 1587.
 ad circ. 1420.*

Kanifai ternis Agriensis Episcopus annis,
 1387. Metropolitanæ culmen honoris adit.

Insti-

-
- A) Nobilitati Ungariæ ab Andrea II. aliisque Regibus olim concessas.
 B) Ludovici I. filiam, Jagelloni Litvaniæ Duci nuptam; Heroidem a propugandæ Fidei Catholicæ ardore celebratissimam.
 C) Carolo II.
 D) Constituto ab se annuo vectigali Sacerdoti, ejus Sacelli curam habituro.

Instituit Synodum; A) fundos ab Rege lucratur; B) A.C.
Præpositum fundat, Strigoniique locat. c) 1391
 Marte Ladislaum patriis a finibus arcet, D) 1393
 Quando Sigismundus Turcica bella gerit.
Sedis Apostolicæ Legatus Natus, & una 1394
Ungariæ Primas jure creatus erat.
Huffum in Pannonia patitur subsistere nusquam;
Parthenidi multo construit ære larem. E)
 Ad Fiscum redigit Rex prædia Præfulis; at mox 1402.
 Exiit errorem, restituitque libens. F)
 Concilio a summo G) Patriam cum Rege remensus,
 Ungariam totam, Dalmatiamque regit. H)

D 4

Impe-

- A) P. Péterffi *Conc. P. I.*
 B) An. 1388. quosdam in Comaromiensi, & Strigoniensi
 Provinciis: Ann. 1395. Oppidum *Bayon*; Ann. 1397.
Visos Hynyeren, & *Ryblyen*.
 C) *Præposituram* S. Stephani Proto-Martyris, cum Collegio
 sex *Canonicorum*, rebusque omnibus necessariis.
 D) Regem Polonorum.
 E) Sacellum elegantis formæ, cultui B. V. sacrum, ad latus
 Basilicæ Strig.
 F) Existimaverat Sigismundus R. Kanisaium partes Ladislai,
 Apuliæ Regis, clam alere, quem per Legatos Romanos
 Jadræ coronatum Ungariæ Regem inaudiit.
 G) Constantiensi.
 H) Tanquam *Gubernator* in Civilibus rebus.

*Imperii accurat Romani scrinia. A) Soli
Huffia mortem non gemuere Viri.*

X X X I V.

G E O R G I U S I.

COMES DE HOHENLOHE.

Sub Sigismundo ab Anno 1422. ad 1423.

A.C. **O**strofrancorum prælustri sanguine, lectus

1388 Præsul ab Alberto B) Pataviensis erat. c)

Patavii Cives, renuentes tradere Mitram,

Compulit Albertus tradere Martis ope.

Arte Sigismundum versuta nactus amicum, D)

1422 Maximus Ungariæ Myſta creatus erat.

Pectore ut elato, præſidentique tumebat,

Inviſus multis, nec tolerandus erat.

Unga-

A) *Cancellaria Imperii Romani Summum Cancellarium* vulgo
appellant, cum jam antea *Summum Cancellarium Regni*
Ung. eundem instituiſſet.

B) Duce Austriaco.

C) Sive Paſſaviensis.

D) Occaſione Concilii Conſtantiensis.

Ungaricum cœlum nequiens perferre, dolensque A.C.

De noxis moritur, Pataviique jacet. A) 1423

Bruschius hunc Vates numeris perstrinxit acerbis;

Nostra Lycambeo felle Thalia caret.

XXXV.

GEORGIUS II.

DE LÉPES.

Sub Sigismundo ab Ann. 1423. ad 1429.

Gente toga, claraque sago Lépesius ortus,

Dacorum Mitram mutat in Archi-Mitram.

Pofonii sacrum suffragia ferre Senatam 1423

Se sine deterrens, eligit ipse Patres. B)

Bella Sigismundum reparare hortatur in *Huffum*: 1427

Paret is; at lævo prælia Marte ciet.

Cum sibi subjectis nova vectigalia nosset

Imposita, excussit tam grave Præsul onus.

D 5

Hæc

A) Ad D. Stephani juxta aram S. Mauriti.

B) Prolatis in medium privilegiis Archi-Præfulum Strigon. evicit, sibi, non vero soli *Capitulo* Pofoniensi, jus competere eligendi *Canonicos*.

Hæc sunt de Magno tantummodo prodita Patre ;
Historicos vetuit scribere plura super.

X X X V I.

T H O M A S I I I.

Sub Sigismundo ab Ann. 1429. ad 1430.
A.C. 1429 **M**etropolitanam, haud pedetentim, sed velut uno

In Cathedram saltu dicitur isse Thomas.

Tam celsi meruit fastigia scandere honoris

Munia *Præpositi Strigoniensis* agens.

Historici cur gesta Thomæ fuisse putandi?

Meccenas forsari non erat Historicis.

X X X V I I.

G E O R G I U S I I I.

D E P A L O C S.

*Sub Sigismundo, & Alberto ab Ann. 1430.
ad 1439.*

Matthæo Palocs Proregi sanguine junctum
1430 Germano insignit Pontificalis Apex.

Ad

- Ad Synodum, quam tum Basileæ Papa coegit, 1432
 Ablegat rara dexteritate Virum. A)
- Lege Sigismundus deterret sacra profanos 1435
 Prædia de Cleri diripuisse manu. B)
- Rupta Sigismundi simul ut sunt stamina vitæ, 1437
 Admovet Albertum Metropolita Throno. c)
- Castellum *Drégel* D) Albertus, & oppida quædam,
 Præmia Patrono porrigit ampla suo.
- Strigonii Præsul conservat in arce Coronam;
 Utque coronetur, fidera summa petit. 1439
- Virtutem Palocs junxit cum stemmate: deme
 Virtutem, stemma est quid? nisi pictus honos.



XXXVIII.

- A) Nicolaum quendam *Vicarium* suum *Generalem*, alias *Can-*
sorem, & *Canonicum* Strigoniensem, qui ipso in Con-
 silio *Causarum Audisorem* egit; revocatum subinde a
 Metropolita, ubi inter Eugenium IV. & PP. Congrega-
 tos, similtates exortæ erant.
- B) In Comitibus Regni *Art. XXI. Decr. VI.* Vide *Codicem*
Juris Patrii.
- c) Archiducem Austriæ, generum Sigismundi R.
- d) In Comitatu Hontensi.

XXXVIII.

DIONYSIUS

DE SZÉCS,

S. R. E. CARDINALIS.

*Sub: Uladislao I. Ladislao V. & Mathia
Corvino ab An. 1440. ad 1465.*

Patre Palatino genitus, A) tres fronte Tiaras, B)
Muriceque Ausonio pallia tincta tulit. c)
Tres Reges unxit, D) suada, pietateque fulsit;
Malleus *Huffis*, exitiumque fuit. E)
Partibus addictus Reginae semper Elisae, F)
Atque Ladislai pignoris ejus erat.

Ita

A) Nicolao Szécsio.

B) Nitriensem, Agriensem, denique Strigoniensem.

C) Cardinalis. S. *Cyrinci in Tbermis*.

D) Ladislao V. trimestrem, Uladislao I. & Mathiam Corvinum.

E) In Comitibus Regni An. 1460. effecit, ut: *Huffis* perdutionis nota afficerentur a Mathia R. ceteroque Senatu.

F) Viduz Alberti R. a qua electus est Archi-Episcopus.

- In Synodo sanxit, princeps Ecclesia a) priscum
Collato ut Cleri sumat ab ære decus. 1449
- Milia de proprio bis quattuor addidit aureum;
Romulea sacram struxit in Urbe domum. b)
- Primatis titulo Papæ Diplomate cavit; c) 1451
- Pontificem posthac legit in Urbe novum. d)
- Sedis Apostolicæ patriis Legatus in oris
A Latere, ut vulgo dicere mos, bis erat. e)
- Vixit, ubi imposuit sacrum diadema Mathiæ,
Dimitti cupidus cum Simeone senex. 1465



XXXIX.

-
- a) Strigoniensis; quæ ubi ad summam Majestatem perducta
esset, honoribus B. V. & S. Adalberti M. dedicata est
Ann. 1453. cum antea S. Adalberto duntaxat nuncupa-
ta foret.
- b) Ecclesiam S. Mariæ in *Via Lara*, a Nicolao Capuano
cœptam, absolvit.
- c) Nicolai V.
- d) Callistum III.
- e) Sub Nicolao V. & Callisto III.

XXXIX.

JOANNES III.

DE VITÉZ,

S. R. E. CARDINALIS.

*Sub Mathia Corvino ab Ann. 1465.
ad 1472.*

Gente Vitéz Sclavus, Latia, Grajaque Minerva,
Atque Mathematica clarus in orbe fuit.
Hunniadis natos A) Musarum sacra docebat,
Tutorisque subin munere functus erat.
Carceris in latebras utrumque secutus alumnum
est, B)

A.C. Dum Varadinenses Præful alebat oves.

1458 Promovet ad folium, post vincla soluta, Mathiam, C)
Consiliis, armis, ære, virisque juvat.

Rex titulis illum *Comitis Bibarensis* honestat,
1465 Metropolitano condecoratque Peto.

Puni

A) Ladislaum, & Mathiam Corvinos.

B) A Ladislao Posthumo inclusos.

C) Consule hac super Mathia Regis electione Eruditissimi
Viri Stephani Kaprinai *Hungaria Diplomatica Par-*
tem II. in Epitome prævia.

Punicea reddit per Papam veste coruscum.	A.C.
Excitat <i>Istropoli</i> Metropolitana scholas. A)	1468
Strigonii statuit famosam Bibliothecam ;	
Corvinum Regem seditione gravat. B)	1471
Vincla gerit, c) venia donatur, deserit auras.	
Decepere semel astra Mathematicum.	

X L.

J O A N N E S I V.

A L E M A N N U S.

*Sub Mathia Corvino ab Ann. 1473.
ad 1476.*

Progenitus fabro Silesita, D) ab Rege Mathia
Ob raras dotes tres tulit iste Mitras. E)

Stri-

A) Id est *Pozonii*; solenne quippe Mathiæ R. erat Urbem hanc *Istropolim* appellare etiam in Decretis quibusdam; quapropter Gynnasium quoque *Istropolisanum* passim audiebat.

B) Causa suberat, quod Mathias R. Episcopatum bona usurparet, & Strigoniensi Archi-Præsuli annum auri vectigal negaret.

C) In arce Wissegradensi.

D) Wratislaviensi fabro lignario.

E) Varadinensem, Agriensem, & Strigoniensem.

A.C. 64 ARCHE-EPISCOPI STRIGONIENSES

1476 Strigoniense Pedum quarta cum messe teneret,
Ungariam linquit, Vindobonamque fugit.

Numorum secum tercentum millia fertur, A)

Divitiasque alias clam rapuisse fugax.

1489 Vindobonense regit tantisper Praesul Ovile, B)

Jamque Salisburgi Metropolitae, perit.

Aufugii causas varias sparsere priores:

Judice me, infamis gestiit esse miser.

X L I.

J O A N N E S V.

D E A R A G O N I A,

S. R. E. C A R D I N A L I S.

Sub Mathia Corvino ab Ann. 1480.

ad 1485.

Rege Neapoleos genitore, c) Sororeque Regi
Corvino nupta d) nobilis hic vir erat.

Sedi's

a) Rhenensium e suo arario.

b) Administrator Episcopatus Viennensis.

c) Ferdinando.

d) Beatrice.

- Sedis Apostolicæ Legatus*, tectus amictu
Purpureo, a) Ungariam missus ab Urbe venit. 1479
Excipitur Budæ Regali pene paratu;
Romam, confecto rite labore, redit.
Redditur Ungariæ, fit Metropoli: tuetur, 1480
Atque auget veræ Religionis opes.
Quisque Dioecesim bis visat Præsul in anno, 1481
Lege cavet: Michael, dat tibi, Dive, larem. b)
In Patriam Martis sedandi provolat ergo, 1485
Sponteque deponit Strigoniense Pedum.
Haud liquet, abstulerit quot secum millia numm.
Abstulerit sane plurima; dignus erat.



E

XLII

a) Cardinalis Diaconus S. Adriani.

b) Sacellum extra porticum Ecclesiæ Strigon. a parte Aquilonari, una cum cometerio, ut habet MS. incerti Authoris.

X L I I.

HIPPOLYTUS ESTENSIS,
DUX FERRARIÆ,
S. R. E. CARDINALIS.

*Sub Mathia Corvino, & Uladislao II. ab
 Ann. 1486. ad 1497.*

Herculis Hippolytus gnatus Ducis, a) Hunna
 vocatus b)

A. C. Arva subit., natus nec duo lustra puer.

1486 Nec mora: donatur per Regem principe Mitra;

Vix tamen a Papa constabulitur honor.

Munere cum fungi (nequedum tum Mysta) ne-
 quiret,

Præsulis est alter jussus obire vices. c)

1490 Eximia pompa Corvinum funerat Albæ;

Purpureum capiti tegmen ab Urbe refert. d)

Unga-

a) Hercule I. Ferrariæ Duce, & Eleonora sorore Beatricis
 Reginae Ung. genitus.

b) Ab Mathia R.

c) Thomas de Ibasalva, Præpositus S. Georgii M. de Viridi
 Campo Strig. Vir Ecclesiastici, Patrique Juris callen-
 tissimus

d) Diaconus Cardinalis tit. S. Lucie in Silice.

Ungarico Romæ dum laute victitat ære,
Rex in eum cudit scita severa domi. A)

1495

Archi-Mitram, ne vi cogatur, ~~erit~~ ultros;
Mox Agriæ Antistes, templa cremata novat.

1497

Italiam repetens, variis fit Præsul in oris. B)

Ingreditur, cum jam bis puer esset, humum. 1520



E 2

XLIII

-
- a) Vladislaus II. in Comitibus Regni Ann. 1495. Decretum de non conferendis dignitatibus in exteros. Lege illud in Codice Juris Patrii.
- b) Mediolanensis, Capuanus, Ferrariensis, Mutinensis, postremum Narbonensis, multaque jam adultior præstitit bona.

X L I I I

T H O M A S I V.

BAKÁCS AB ERDÓD,

S.R.E.CARDIN. ET PATRIARCHA
CONSTANTINOPOLITANUS.*Sub Uladislao II. & Ludovico II. ab Anno
1497. ad 1521.***M**itra quaterna Thomam Bakács, a) rutilusque
Galerus, b)

Et Patriarchalis nobilitavit honor.

Erdódi natum c) nutritiv Apollo Viennæ,
Virtus Pontificum fecit in orbe decus.A.C. Curat ab Hippolyto puero data vulnera sacris,
1498 Convenit e Regni quina statuta ferens. d)

In

a) Zagrabiensis, Jaminensis, Agriensis, demum Strigoniensis.

b) Cardinalis Presbyter *vis. S. Martini in montibus.*

c) In Oppido Comitatus Szatmáriensis.

d) In favorem Ecclesiæ lata *Art. 59. 63. 67. 68. 69.*
Decr. III. Uladislai.

In pugiles aureum viginti millia spargit; A)	
<i>Ungariæ Dominæ</i> ditia tecta struit. B)	A.C.
Mutua largitur quam plurima millia Regi; C)	1504
Ad Ludoviceas fert diadema comas. D)	
In Synodo primos Laterana federat inter,	1512
Papaque per Patres pene creatus erat.	
Pro <i>Cruce signatis</i> vulgat Diplomata Papæ;	1514
Tela sed in Patriam plebs furiata vibrat. E)	
Percolit eximia moriturus dote MARIAM; F)	1521
Inque Marianos it Patriarcha sinus.	

E 3

XLIV.

- A) Pugnatorios contra Turcam.
- B) In Basilica Strig. Sacellum B.V. cuius paries omnis marmor est, concameratio tota aurum solidum cupro illitum; eique attribuit vectigalia oppidorum *Polgári*, & *Sz. Margisba*.
- C) Uladislao H. contra Turcos, Bosnæ imminentes, bellum gesturo.
- D) Ludovicum II. trimulum coronavit.
- E) Duce Georgio Dósa Siculo ex Transilvania.
- F) Accipe verba testamenti: *Iseus possessionem meam Zynger in Comitatu Simegbiensi, cum Castello, ac omnibus, Et singulis oppidis, villis, nonis, tribus, colonis, promontoriis, vallibus, pascuis, sylvis, nemoribus, piscinis &c. lego Capellæ meæ Beatissimæ V. MARIÆ. Annunciationis in dotem perpetuam pro servitiis Divinis iugiter in ea continuandis,*

X L I V.

G E O R G I U S I V.

SZAKMÁRI, SIVE SZATMÁRI.

Sub Ludovico II. ab Ann. 1521. ad 1524.

A.C. **S**exdenis Præful *Peuces* a) Szakmárius annis.

1521 Promeruit primam vertice ferre Mitram.

Commonet, at frustra, Ludovicum, firmet ut
arces,

Occupet Ungaricos ne Solimannus agros.

Lincensi Sponsam Ludovico ducit ab urbe, b)

Ac stabili necit foedere utrumque tori.

1523 Hoc duce, Lutherum damnat Ludovicus, & ejus

Affectas gladio subdere colla jubet. c)

Papa Capistranum d) quo Divis adlegat, orat;

Damnetur voti quin tamen ipse sui.

Sexa-

a) Seu Quinque-Ecclesiarum.

b) Mariam, filiam Philippo I. Regis Hispani.

c) Lege Ludovici II. *Decr. V. Art. 54.* in Codice Juris
Patrii.

d) Joannem Capistranum ex Ordine S. Francisci, Turcarum
Malleum, ferius Albo Divorum insertum An. 1691.

Sexagena aureūm Ludovico millia legat ,

1524

Oppida ab Austriacis queis rehabere queat. A)

Turcicus absumpsit sedenim tot millia Mavors.

Sic nos non nobis sæpe paramus opes.

X L V.

L A D I S L A U S

S Z Ä L K Á N U S.

*Sub Ludovico II. ab Ann. 1524.
ad 1526.*

Plus demis brumis Vacensē regebat Ovile ,

Perque duas Agriæ Mysta supremus erat.

Strigonii Mitra præsignem Papa ciere

1524

In *Calixtinos* B) prælia sacra jubet.

Szálkáni monitu ferrum Ludovicus in illos

Exacuit Pragæ; nec tamen arma movet.

Cibinii liquidem Lutheri Saxo venenum

Hausit : in hunc Præsul prælia, Rexque movent.

E 4

Ger-

A) Jam olim oppignorata Friderico Casari.

B) Sive *Calixtianos* hæreticos, in Bohemia furentes.

A C. Germina Lutheri percellit fulmine Præsul; A)

1525 Rex autem tabulis sancit, ut ignis edat. B)

Turca Mohácsenses hæc inter fertur in agros;

Additur ad Regis Metropolitana latus.

1526 Pugna fit: ense perit Præsul, Rex mergitur undis;

Nec mora: Lutherus, Turcaque cantat Io!

X L V I.

PAULUS DE VÁRDA.

Sub Joanne de Zapolya, & Ferdinando I.

*ab Ann. 1526. ad 1549. simul Locumte-
nens Regius sub Ferdinando I. ab An.*

1543. ad 1549.

1526 **Z**apolius victo Mitris Agriensibus offert
Paulo Vardano Strigoniense Pedum. c)

Zapo-

a) Miserat equidem Szálkánus Decanis suæ Jurisdictionis Cibiniensi, & Coronienfi Decretum, quo Lutheranos ab Ecclesiæ ingressu repelli jusserat; sed hoc Decretum suppressum est, quod nimis ii jam invaluisse.

b) Vide Ludovici II. *Decr. VI. Art. IV. §. IV.* in Codice Juris Patrii.

c) Fuit Vardanus, priusquam Agriensi Insulae admoveretur, Præfectus ætarii Regii, & Episcopus Veszprimiensis.

Zapoliū incingit diademate; messe sequenti
 Fernando subicit seque gregemque suū. A.C.
 Haud ita post multo Solimanni castra coactus, 1529
 Strigonio capto, milite septus adit.
 Redditur a castris, Ferdinandumque profuso
 Ære, viris, armis, consiliisque iuvat.
 Hæreticos utne patiarur crescere Réwaj, A)
 Per Ferdinandi Regia scripta monet.
 Auctus honore novo, B) Pisonis degit in Urbe;
 Tirnaviam Clerus, jam rediturus, abit. 1543
 Arceat ut Turcos, nova fundat mœnia; C) Regni
 Conventus celebrat; D) Præfule digna gerit:
 Impetit hæreticos, repetit sacra prædia frustra;
 Nam tum tollendi jus sine jure fuit. E)



E 5

ARCHI-

-
- A) Franciscus de Réwa Propalatinus.
 B) Locumtenentialem.
 C) Érsek-Ujvárinum.
 D) Tirnaviz An. 1545. Posonii An. 1546. & 1548.
 E) Natus erat Vardanus Nobili genere in Kís-Várda, Op-
 pido Comitatus Szabolcsensis; Tirnavizne, an Poso-
 nii sepultus? lis est.



**ARCHI-EPISCOPI
STRIGONIENSES
IN PERIODO III. SIVE AUSTRIACA
REGUM UNGARIÆ.**

**XLVII. ARCHI-EPISCOPUS
POSTULATUS,
GEORGIUS V.
MARTINUSIUS,
S. R. E. CARDINALIS.**

Sub Ferdinando I. Anno 1551.

Gente Croata, puer Corvini crevit in Aula, A)

Tironemque eoci fama fuisse refert.

Fumea Parnasso, mutavit tecta culinae,

Spelæoque tuo, Paule, receptus erat. B)

Zapo-

A) Joannis Corvini, Bani Illyrici, filii Mathie Regis.

B) Monachus ex Ordine S. Pauli, primi Eremitæ.

Zapolium in solium Solimanni Marte reduxit, 1529

Ac Varadinensem jussus habere Micram est.

Zapolii gnatum Tutoris nomine rexit, A)

Regnaque Fernando Dacica, & Hunna dedit. B)

Per Ferdinandum Venerandus murice Præsul 1551

Audit, & Ungaricæ Metropolita plagæ.

Castaldi sica, meritis nil tale, necatur, C) 1551

Taboque informis foetet in æde diu. D)

Authores cædis periere subinde probrose,

Perque probrum famam restituere viro.



XLVIII.

-
- a) Joannem Sigismundum, Transilvaniæ Principem.
- b) Quibus id pactis, ac modis, ut noris, lege *Nosiriam Rerum Ungaricarum* Cl. ac Reverendissimi D. Francisci Caroli Palma, *Metrop. Eccles. Colocensis Canonici*, Anno, quo hæc scribimus, 1776. creati.
- c) Accusatus a Castaldo, Duce Cæsareo, tanquam qui Ungariam Turcis dedere machinetur: reipsa autem, ut scribit P. Ladislaus Turóczi in *Ungaria suis cum Regibus*, opulentis ejus thesauris inhiabat, quos & abstulit.
- d) Alvincii in conclavi suo 70. amplius dies inhumatus jacebat, tandem a *Canonicis Albensibus* in Transilvania tumulatus est ad D. Michaelis.

XLVIII.

NICOLAUS IV.

O L Á H U S.

*Sub Ferdinando I. & Maximiliano II. ab
Ann. 1553. ad 1568. simul Locumtenens
Regius sub iisdem Regibus ab Ann.
1562. ad 1568.*

A.C. **P**rincipibus Valachis oriundus Magnus Oláhus,
1493 Cibinii vitæ munus adeptus erat.
Hauferat e libris Grajas, Latiasque Camœnas
Se duce, Pierii Gloria rara chori.
Aula Wladislai, Ludovici fovit Oláhum
Aula diu, patrii spemque decusque soli.
1531 Belgica, cum Vidua Ludovici, a) Regna petivit;
Inde redux sumit Zagrabienſe Pedum.
Mox Agrienſe Pedum, tum Strigoniensē, Locumque
Consequitur Regis, miraque Præful agit:

Bis

a) Maria, Flandriæ Gubernatrice a Carolo V. fratre suo
constituta; ubi octennio commoratus erat.

Bis Synodum cogit; A) nova sacrae testae Juventae B)

Tirnaviae primus, Gymnasiumque locat.

Malleus haereseon, Jux Religionis avitae,

Norma Sacerdotum, Castalidumque pater.

A.C.

Fama per ingenii monumenta c) perennat humati 1568

Tirnaviae; neque eget cantibus illa meis.

X L I X.

A N T O N I U S

V E R A N T I U S.

Sub Maximiliano II. ab Ann. 1569. ad

1573. simul Locumtenens Regius sub

eodem ab An. 1572. ad 1573.

Dalmatiae germen Verantius D) intrat in Aulam

Zapollii, suada, militiaque potens.

Nomine Legati complures missus ad Aulas,

Zapollio Reges conciliare studet.

Zapo-

A) P. Péterffi Conc. P. II.

B) Seminarium S. Stephani R. Anno 1566.

C) Vulgavit in lucem Oláhus præter versus quamplurimos
Hungariae Historiam, item Opus Arila inscriptum, &
Chronicon suae ætatis.

D) Siberici natus sub An. 1504.

78. ARCHI-EPISCOPI STRIGONIENSES

Zapolio spreto, Fernando fidus adhæret;
Peucensem merita fert cito fronte Mitram.

A.C. Martius Antistes bis Turcos arcet ab Istro;

1552 Orator frustra Turcica Regna petit.

Agria largitur reduci sedemque Pedumque;

1567 Orator rursus Turcica Regna petit.

Impetrat octennem pacem, Præsulque creatus.

Summus in Ungaria, munia Regis obit.

Præditus insigni morum candore, manuque

Munifica, Archiduci Regia sceptrâ dedit. A)

1573 Vixit Eperjessi, Nicolai cumbit in Æde

Tirnaviz, Ungaricum Dalmaticumque decus!

L

STEPHANUS II.

FEJÉRKÓVI.

Sub Rudolpho II. Anno 1596. simul Locumtenens Regius sub eodem ab Ann.

1588. ad 1596.

Velzprimii Antistes crucis inter fulmina Martis
1588 Pervigil, emeruit Regis inire Locum.

Admo-

A) Rudolphum II. Polonii coronavit An. 1572.

Admotus Mitræ Nitriensi, proterit usque
 Hæresin, hac cujus nidus in urbe stetit. A)
 Præteritis brumis æternis, Iustrisque quaternis,
 Cum gereret nemo Strigonienſe Pedum, A.C.
 Eligitur tandem Stephanus; verum oppetit ante, 1596
 Quam tabulis Papæ sit stabilitus honos.
 Religionis erat vindex acerrimus, osor
 Hæreseon summus, consiliisque valens:
 Vindicat Archiducis laudem sibi carcere missi; B)
 Nam bene fecisse est consuluisse bene.
 Pofonii, celeri sublatus morte, quiescit, 1596
 Morte, Pedum quæ nil dura, pedemve, timet.



LI.

-
- A) Jam inde a sacrilegis nuptiis Francisci Turzonis Episcopi.
 B) Maximiliani; is namque persuasit Rudolpho, ut missa ad Polonos legatione eliberetur captivitate Archidux, in qua incidit motu contra eos bello.

L I.

JOANNES VI
KUTASSI

*Sub Rudolpho II. ab An. 1597. ad 1601.
simul Locumtenens Regius sub eodem
ab An. 1597. ad 1601.*

Peuensis quondam, Javarinus postmodo crimes
'A.C. Joannis pressit Pontificalis Apex.

1594 Actus in exilium Jauriao, dum vagus errat

(Urbs ea Turcorum ferre coacta jugum est)

1597 Metropolitanæ sortitur Sedis honores,

Hunnaque Regali nomine trena capit.

1598 Lite gravat Regis Fiscum repetendo *Piscum*, ▲)

Lite Novatores, exilioque gravat.

Tir-

▲) Sive scissuras auri Cremnisiensis, Archi-Episcoporum
Strigon-juribus obnoxias, quas serius recuperavit Petrus
Pázmány, atque ex iis annua 5000. fl. in perpetuum
addixit Tirnaviensi Nobilium Adolescentium Contuber-
nio; cui hodie jam ab annis pluribus præest insigni
Adolescentium, & Patriæ bono Illustriss. ac Reverendiss.
Dominus L. B. Francisc. Xav. Splényi de Miháldi, Ab-
bas S. Jacobi in Comit. Simeghiensis, & Metrop. Eccl.
Szig. Canonicus nuper admodum institutus.

Tirnavia expellit Calvinii dogma docentem; 1601

Hæresin edicto spargere quemque vetat.

Hæreticos pueris sacras affundere lymphas,

Jungere cum nostris ipsa sepulcra vetat.

Tirnavia meritis prædives in astra volavit. 1601

Orant hæretici nunc quoque, ne redeat.

LII.

FRANCISCUS I.

FORGÁCS,

S. R. E. CARDINALIS.

*Sub Rudolpho II. & Mathia ab Ann. 1607.
ad 1615. simul Locumtenens Regius sub
Rudolpho II. ab An. 1607. ad 1608.*

Gens Forgácsiadum quingentos amplius annos

Floret, ab Herois inclyta facta Viris.

Belligero, celebrique Viro Simone creatus 1560

Franciscus, Gentis lucida gemma suæ est.

Veszprimiense novem, Nitriense regebat in annos

Bis sex, Catholici Præful Ovile gregis.

Archi-Mitra, Regisque Loco, rubeoque Galero 1607

Fulgidus, hæreseon sustinet esse flagrum.

F

Riti-

Ritibus Helveticis, Augustanisque negetur

Jus ut in Ungaria, non patienter agit.

Romanæ Fidei Præcones ditat, & auget;

Neve relegentur, A) sedulus usque cavet.

Hæreticum damnat conventum; B) sanctius ipse

A.C. Concilium cogens, claudit Ovile lupis.

1615 Tirnaviæ Patriæ Lumen post fata recumbit:

Hæresis in causa, tantus ut esset, erat.

L I I I.

PETRUS PÁZMÁNUS,

S. R. E. CARDINALIS.

*Sub Mathia, & Ferdinando II. ab Anno
1616. ad 1637.*

Hæreseon Terror, Fidei, Patriæque Columna,
Conspicuus claro Stemmate Petrus erat. c)

Mili-

A) Jesuitæ; relegationem exigentibus Heterodoxis in Comitibus An. 1608.

B) Zolnæ celebratum opera Georgii Turzonis Lutherani, & Palatini Ung. An. 1610.

C) Natus Varadini Ann. 1570. patre Nicolao Pázmán de Panasz catholico; ipse hæresim ejuravit, cum esset 13. annorum.

Militiam amplexus JESU, Romæque repletus

Pallade, Græcenses excolit ore scholas. A)

Munus Apostolicum patriis exercet in arvis,

Hæresibus stragem voce, librisque ferens. B)

Metropolitanum solium, mandante Mathia,

1616

Introit, ac tanto culmine digna patrat:

Quatuor agit Synodos; c) Fernando sceptrâ se-
cundo d)

Afferit, & claudit Civica bella feris. E)

Tirnaviæ fundat teneræ duo tecta: juventæ, f)

Fundat & Aonio tecta superba choro: g)

1635

F 2.

Vin.

A) Professor Phil. & Theol.

B) Præter infinitam Civium multitudinem 30. amplius nobilissimas Familias Ecclesiæ reposuit partim dictionibus, partim editis patrio, & Latio sermone libris compluribus; quos omnes Vir magnæ industriæ Alexius Horányi, de Clero Regulari Piarum Scholârum, cum fide recenset in continuatione Operis, quod inscripsit: *Memoria Hungarorum, & Provincialium scriptis editis notorum.*

C) *Nationalem, Diocesanam, & bis Provinciale.*

D) Quem etiam coronavit, uti & filium ejus Ferdinandum III.

E) Betlenio ad pacem perducto.

F) *Convictum S. Adalberti, & eum, qui nunc audit Regio-
Archi-Episcopalis.*

G) *Universitatem Tirnaviensem.*

- A.C. 84 ARCHI-EPISCOPI STRIGONIENSES
 1623 Vindobonæ juveni famosa Palatia Clero , a)
 Sacratisque lares condit ubique Viris. b)
 1637 Pofonii in Divi Martini conditus Æde est ;
 Hæreticosque Viri terret & ipse cinis.

L I V.

E M E R I C U S I. L O S Y.

*Sub Ferdinando III. ab An. 1637. ad
1642.*

- D**ogmata Lutheri Parnassi in vertice sprevit , c)
 Philosophus Romæ, Theologusque fuit.
 Tergeminas sacro portaverat ante Tiaras d)
 1637 Vertice , quam fieret Metropólita Losy.

Jafzo-

a) Ab Authore Collegium *Pázmánianum* dictum.

b) Societati JESU Pofonii ad S. Martini , Scepusii , Szat-
 marini , Leutschovizæ ; PP. Franciscanis Ujvátini novum,
 Tirnavizæ iisdem , & *Clariffis* instauratum ; multaque
 alibi aut ædificavit , aut reparavit , dotavitque , quæ le-
 ge apud P. Schmitth.

c) Natus parentibus Lutheranis , a P. Guilielmo Lamormai-
 nio S. J. hæresi ereptus est , dum Poeticæ studium na-
 varet.²

d) Csanadiensem , Varadiniensem , & Agriensem.

- Jaszoviæ Sedem fixit, Synodumque coegit, A) 1635
 Agria cum Turcum ferret anhela jugum.
 Conventu in Regni decorat diademate (ponsam B) 1638
 Cæsaris; hæreticis jus populare negat.
 In Synodo Leges pro Relligione salubres C) 1638
 Instituit; plebis sublevat usque famem.
 Posonii structas *Clarissis* perficit ædes, 1640
 Erigit & Clero splendida tecta novo. D)
 Tirnaviæ Themidi socio parat ære palæstram; E)
 Sertaque dat meritis Laurea sæpe comis.
 Tirnaviæ in Fano Nicolai a funere nidum 1642
 Repperit exuviis cana Columba suis. F)



-
- A) Qua Episcopus Agriensis. Vide P. Péterffi *Conc. P. II.*
 B) Mariam, Regis Hispani filiam, conjugem Ferdinan-
 di III.
 C) Lege sis eas in *Conc. P. II.* P. Péterffi, toties laudati.
 D) Seminarium S. Emerici, quod etiã omnibus præfidiis ad
 vitam ducendam necessariis abunde instruxit.
 E) Pro erectione Facultatis Juridicæ contulit ille cum Geo-
 gio Lippai, de quo mox, 30000. fl.
 F) Alludit ad Gentilitiam Losii scutum, in quo Columba
 visitur.

L V.

G E O R G I U S VI.

LIPPAI DE ZOMBOR,

*Sub Ferdinando III. & Leopoldo M. ab
Ann. 1642. ad 1666.*

Lippaius claris Natalibus ortus, in Urbe
Romulidum dia Pallade cultus erat.

In Patriam reducem Mitrae ornare quaternae; A)

Quinque gerit lustris Strigoniense Pedom.

A.C. Angelico geminos redimit diademate fratres; B)

1645 Prælia restinguit Dacica pacis ope. C)

Excolit alcesi se sacra pene quotannis; D)

Ruthenos Græcum temnere schisma facit.

Dimicat heroæ pro Sacris pectore: cogit

1644 Hæreticos variis tollere vasa locis. E)

Tir-

-
- A) Quinque-Ecclesiensis, Veszprimiensis, Agriensis, demum Strigoniensis.
- B) Ferdinandum IV. & Leopoldum M.
- C) Georgium Rakoczium, Transilvaniæ Principem, & Ferdinandum III. ad pacem faciendam perducens.
- D) In Collegio S. J. Tirnaviensi, aut Trenchiniensi.
- E) Præsertim ex insula Csaloköz *Predicantios*, quibus 12. Jesuitas Parochos suffecit.

Tirnaviæ Synodum celebrat, teneroque Penates 1648

Ædificat Clero totius Ungariæ. A)

Millia florenûm quingenta profudit in Ædes,

Resque sacras: B) arcem muniit ære suo. C)

Pelsonii Magnum Pázmánium pone quiescit, 1666

Tam meritis similis, quam prope corpus habet.



-
- A) Seminarium Generale Cleri Regni Ung. Anno 1649.
- B) Collegium, & Domum Probationis Societati Jesu Tren-
chinii in honorem S. Xaverii, cujus ope manum, ad
usum inhabilem, incolumem nactus erat Romæ, ex voto
ædificavit; eidem Societati Rosnaviæ Residentiam, &
Gyöngyöfini Scholas struxit. Testamento porro Paro-
chorum usibus 50000. fl. Seminario Cleri R. U. 1050.
fl. totidem Juris Professoribus; Jesuitis, & Franciscanis
plura millia reliquit.
- C) Érsek-Ujváriensis.

LVI.

GEORGIUS VII.

SZELEPCSÉNYI

*Sub Leopoldo M. ab Anno 1666. ad 1685.
simul Locumtenens Regius sub eodem
ab An. 1667. ad 1672.*

Patre Szelepcsényi prognatus paupere, Mufas,
Pázmányo victum suppeditante, colit.

Regreditur Roma, studiis, virtuteque cultus;

Veszprimiense Pedum, dein Nitriense tenet.

Nec minus interea custodit scrinia Regni, A)

Extera Legatus Regna frequenter adit.

A.C. Fic Colocæ Præful; sic Metropolita: catenam

1667 Accipit suratum, B) Pannonibusque præest. C)

Tecta

A) Duos ipsos & videnos annos *Cancellarii Regni* munere
fungebatur.

B) A Leopoldo M. meritorum ergo.

C) Quinque duntaxat annis Locumtenens Regius erat Szele-
pcsényi, eique voluntate Leopoldi suffectus est Gaspar
Abringenus *Gubernatoris Ungariæ* nomine, omnium
Ungarorum ingratiis; ab An. 1673. ad 1681. Magistra-
tum hunc cum tenuisset, secum illum abstulit ex Un-
garia.

Teſta recens nato Clero ſignata MARIE 1678

Nomine largitur, templeque, Slave, tibi. a)

Cœnobium fundat geminum; e) tibi, Phæbe, Szakolczæ,

Leutſchoviæ, Zolnæ docta Lycæa locat.

Præſſa per Odryſium regina Vienna tyrannum 1683

Divitiis victrix Præſulis hujus erat. c)

In Cellis ſita ſunt Marianis Præſulis oſſa; 1685

In Cœlis manes degere geſta docent.



-
- a) Sacra hæc D. Michaeli ædes pro uſu Slavicæ Nationis
Tirnavienſi Templo principi proxima eſt.
- b) Patribus a monte Cannelo, & Fratibus a Miſericordia
nuncupatis, quorum poſtremoſ Poſonium induxit.
- c) 50000. fl. in ſubſidium Viennæ a Turcis diu obſeſſæ de
ſuo ſupæditavit.

L V I L

GEORGIUS VIII
SZÉCSÉNYI.

Sub Leopoldo M. ab Ann. 1685. ad
1695.

A.C.

1592 **I**n Szécsén nactus vitæ Szécsényius ortum ;
Tirnaviæ Mufis , Vindobonæque litat.
Incinctus Lauro , a) tres menses Curio Sellyæ
Excubat ; in Coetum commigrat inde Patrum. b)
1685 Metropolitanam prius ac penetrasset in Ædem ,
Catholicum quatuor rexir Ovile locis. c)
Dotibus instructus quantumlibet omnibus esset ,
Mecænas sane prodigiosus erat :

Nobi-

-
- a) Doctor Philosophiæ , & Theologiæ creatus Viennæ ,
cum Seminarii Pázmányi Alumnus esset.
- b) *Canonicorum* Strigoniensium ; factus non multo post Præ-
positus Vág-Ujheliensis ; quo in munere quæ , &
quanta egerit , vide apud P. Schmitth in Archi-Episco-
porum Strig. Historia.
- c) Episcopus Quinque-Ecclesiensis , Veszprimiensis , Jauri-
nensis , & Archi-Episc. Colocensis.

Nobilibus quatuor penetralia struxit Ephebis; A)

At Sociis Jesu bis tria, totque scholas. B)

Cœnobia eduxit Patribus septena; c) novavit

Octo, vetustatis jam labefacta situ. D)

Emeritis binas dedit ædes Martis alumnis; E)

Caesareos loculos farferat ære frequens.

A.C.

Pofonii cryptam, locuples vel mortuus, intrat. F) 1695

Centuplices Numen nempe refundit opes!

LVIII.

A) *Convictum* Jaurinensem, Budensem, Leutschovientsem, & Trenchinientsem.

B) Collegium Jaurini, Ginfii, Budæ, Agriz, Quinque-Ecclesiis, Strigonii; Budæ præterea Seminarium Clero.

C) PP. Franciscanis Simeghini, & Strigonii; PP. Dominicanis Vas-Várinis; PP. Capucinis Budæ; PP. Paulanis Ovarini; Ordini SS. Trinitatis Illaviz.

D) Seraphicorum Reformatorum Szécséni; Conventualium Windpassingii; Paulinorum *Nostra*; Fratrum Misericordiz Pofonii; Ursulinorum ibidem, & Clarissarum; harum & Timaviz; denique Kismártonii Augustinianarum.

E) Pofonii, & Pestini.

F) Reliquit a morte parati æris 72000. fl. præter vim ingentem frumenti, vini, aliarumque rerum. Leopoldo M. legavit 80000. fl. in fundis Mandersdorffensibus, seu Sár-Fenékenfibus ad reparandas Budæ & Strigonii munitiones; suæ Familiz non minorem vim æris.

LVIII.

LEOPOLDUS
KOLLONICS,
S. R. E. CARDINALIS.

*Sub Leopoldo M. & Josepho II. ab Anno
1695. ad 1707.*

A.C.

1631

Urbs Comaromium Leopoldum e stirpe vetusta
Protulit, in gremio docta Vienna tulit.

Fit *Melitenfis Eques*, celebri potiturque triumpho; A)

Ac *Castellani* pergit honore frui. B)

Post geminas messes geminæ præponitur arci; C)

Mixta per invidiam pene venena bibit. D)

In

A) Ad *Dardanellas* uno saltu in Turcicum navigium sese projecit, exemploque aliis prævit, ac nobilem victoriam patravit.

B) *Melita Castellanus* in præmium relatæ victoriæ factus a M. Ordinis Magistro.

C) *Maylbergenfi* in Austria, & *Ægriensi* in Bohemia.

D) Paratum illi venenum alter rei ignarus exhaustit.

In <i>Cleri</i> castris aurata clave nitentem A)	1659
Purpureum tegmen, Mitraque. quina regit. E)	
Posonii templo Lutheri pignora privat,	1672
Nec non Gymnasio, Catholicosque fovet. C)	
Schismate depellit Valachos, Turcosque Vienna	
Dimovet, & pueros quærit, alitque vagos. D)	1683
Divitias proprias ubi divisisset egenis,	
Pro foribus templi corrogat æra stipis. E)	
Posonii rapta Lutherò cumbit in Æde;	1707
Defenditque suis ossibus usque locum.	



LIX.

-
- A) Clavi hac a Leopoldo M. donatus, mox ut Clericum induit.
- B) Nitriensis, Neostadiensis, Jaurinensis, Colocensis, Strigoniensis.
- C) Templum isthòc, & Gymnasium simul cum Collegio a se condito Societati Jesu dedit.
- D) Post fugatos a Vienna Turcos, totis castis prope 500. pueros conquirit, ac de suo aluit.
- E) Dictione de succurrendo inopibus ab se habita in Viennensi D. Stephani Basilica, mox Purpuratus Orator ad fores templi consistens pro iis stipem eravit.

CHRISTIANUS AUGUSTUS

E. DUCIBUS SAXONÆ,

S. R. E. C A R D I N A L I S.,

ET S. R. I. PRINCEPS..

Sub: Josepho I. & Carolo VI. ab An. 1707..

ad 1725..

A.C.

1666 **M**auritio Augustus, Duce Saxone, natus, ad
arma:

1686 Convolat, & Budæ mœnia victor init:

1692 Ab se Lutherum, Consanguineisque repellit; A))

1695; Et Jaurinensis gaudet honore Mitræ.

In populum spargit triplici sermone nocata:

Dogmata, sinceram discat ut inde Fidem.

Archi:

A)) Fridericum Saxoniz Elestorem, suumque germanum Mau-
ritium exemplo suo ad sacra Catholica traduxit; utque
illè Thronum Polonicum adipisceretur, legatione sua
effecit.

Archi-Mitra, neque non Romano splendidus ostro, 1707
 Quo Carolus fratris sceptrum capebat, agit. A)
Principis Imperii titulos ab Rege sibi met., 1714
 Sequere futuris tempus in omne, refert.
 Præcipuo Pauli Monachos complexus amore,
 Thallensi crebras fundit in Æde preces. B)
 Cœnobium instaurat Mariana in Valle fatiscens; c)
 Pluraque munifica patrat ubique manu. D)
 E medio Augustum male tuta Ratisbona tollit, E) 1625
 Pofonium cumulat, turbaque plangit inops.

LX.

-
- A) In Comitibus Pofoniensibus Ann. 1712. ut Josepho I. de-
 mortuo Carolus VI. succederet, plurimum ille elabo-
 ravit.
 - B) Visuntur hodie in Thallensi Cœnobio instrumenta
 sanguine deformia, quibus in corpus suum pie læ-
 viebat.
 - C) Turrim templo adjecit, hortum per amplum muro incin-
 xit, 600. fl. in singulos annos iisdem PP. Paulinis e
 suo ærario suppeditavit.
 - D) Coloniensem Cathusiam ad incitas redactam pristinae for-
 mæ restituit; Sodalitium Theatinorum Viennæ stabili-
 vit; Firnaviæ, Rakosii, Pofonii Domos Archi.Episco-
 pales reparavit, &c.
 - E) Dum ibidem in Imperii Comitibus res ageret Caroli VI.

L X.

E M E R I C U S I E

E ·COMITIBUS ESZTERHÁZI

DE GALANTHA,

S. R. I. P R I N C E P S.

*Sub Carolo VI. & Maria Theresia ab An.
1725. ad 1745.*

A.C. **E**sztoradum sidus, vernante Emericus in ævo
1680 Pauli Thebani signa secutus erat.

Muneribus primis hoc functus in Ordine sacro,

Promeruit quatuor ferre subinde Mitras. A)

Cura Virò princeps cultum proferre Tonantis,

Invigilare gregi, pauperibusque dare.

Posonii Statuam Nepomaco dedicat, ornat; B)


Innovat *Urfuleos*, amplificatque lares.

Mar-

A) Vaciensem, Zagrabiensem, Veszprimiensem, & Strigoniensem, posteaquam 26. annis *Paulinus* fuisset.

B) Statuam istam pone Archi-Episcopalem domum Christianus Augustus rudi opere posuerat; Emericus clathris ferreis incinxit, parietes pingi, lampades addi, concentum musicum quotannis in plures dies fieri iussit.

Martinum ditat tribus aris, atque Sacello; A)	A. E.
Magnifica pompa bis Neo-Myſta, litat.	1738
Hospitium dives matromis conſtruit ægris. B)	
Incingit frontem, diva THERESA, Tuam. C)	1741
Bis decies centum, florenum millia fertur	
Munifica Præful diſtribuiſſe manu.	
Polonii per ſe ſtructo dedit oſſa Sacello.	1745
Tam generat Pauli ſidera clara ſpecus!	



G

LXI.

- a) Sacellum in Templo S. Martini, ad omnem elegantiam excultum, S. Joannis Eleemoſynati exuviis dicavit; aram alteram B. V. alteram S. Michaeli erexit; principem vero aram de integro reparavit, impenſis in ædificia hæc 100000. fl.
- b) In Monialium S. Eliſabethæ Cœnobio, quod ipſe e fundamentis conſtruxit.
- c) De M. THERESÆ Coronatione, rebusque eam confeſcentis lege: P. Ladislai Turóczi *Ungariam ſuis cum Regibus*, quam A. R. ac Cl. D. Stephanus Katona, Hiſtoriz Universalis, & Literariz in Regia Univerſitate Timav. Profeſſor ad noſtra uſque tempora continuavit. Vir hoc Opere, & tribus Tomulis *Synopſeos Chronologica Hiſtoriarum*, de Republica literaria egregie meritus.

L X I.

N I C O L A U S V.
E C O M I T I B U S C S Á K I

D E K E R E S Z T S Z E G ,

S. R. I. P R I N C E P S.

*Sub Maria Theresia ab Ann. 1751.
ad 1757.*

Gemma Sacerdotum, & Stirpis Nicolaus avitæ,
A.C. Vindobonæ Sophiam condoceratus erat.

1718 Per Carolum, & doctæ Victor regressus arena,
Abbas delectus Scepusiensis erat.

Palladio sermo Romana cinctus in Urbe, A)

1738 Fit Varadinensis tempore Præsul agri.

Hic pro Præsulibus, Clero, Paulumque professis
Magnificas largo fabricat ære domos.

Liberat innumeros Valachos ab *Schismate*: tem-
plum,

Amplaque pro gentis Præsule tecta locat. B)

. Gessit

A) SS. Theologiæ Doctor.

B) Præsulem Valachorum, *Suffraganeum* suum, ære præter-
ca suo pro dignitate sustentabat.

Gessit ubi Mitram Colocensem quattuor annis, A.C.
 Supremum Myrtam diva THERESA creat. 1751
 Nutrit Oves, arcetque lupos, locupletat egentes,
 Atterit hæreticos, templaque crebra struit. A)
 Pisonii posuit Vir sanctus Csákus ossa. 1757
 Nil egit Carolo, Mauricioque minus. B)

LXII.

FRANCISCUS II.

E COMITIBUS BARKÓCZI

DE SZALA,

PERPETUUS IN PALÓCZ, ET TAVARNA,

S. R. I. PRINCEPS.

*Sub Maria Theresia ab An. 1761. ad
 1765.*

Feditus Heroæ Franciscus sanguine Gentis 1710
 Cassovis Mufas, Tirnaviæque colit.

G 2 Aureo

-
- A) Tempia, quorum alia e fundamento eduxit, alia e ruinis
 vindicavit, aut pristino nitore restituit, centesimum nu-
 merum facile superant.
- B) B. Mauritius, & Carolus Csákii a vitæ sanctitate nomi-
 natissimi.

A. C. 100 ARCHI-EPISCOPI STRIGONIENSES

- 1729 Aurèo per Carolum donatus torque, A) peragro
 ; ; Evolat, & Roma Laurea sexta refert. B)
 1734 Pascit Oves Agrarè Venerandus Curio: Cœru
 In Patrum sacro post breve tempus agit. C)
 1740 Scepusii Clero toti præponitur:) annos
 1744 Compures demum fert Agriensè Pedum. D)
 Bissenos Juris Studiosos pane quotannis
 Sublevat; ac passim tecta superba struit.
 1761 Ungariæ Primas Augustæ munere factus,
 • Immensis animis mira patrare parat.
 Strigonii Augustam molitur condere Templum (D)
 Multaque, quæ memori mente tenemus, agit. E)

Mar-

-
- a) Qua Alamanus Coh. Gen. Cl. Regni Ung. post publice propugnata sub Auspiciis Caroli VI. triennalem Philosophiam.
 b) Absolutis Romæ studiis Theologicis, creatus SS. Theol. Doctor ibidem.
 c) Canonatum Agriensem.
 d) In ejus Templi ædificationem 100000. fl. annuatim constituit, & jam numerare cepit.
 e) Juverit ferè posteritatis gratia quæpiam adnotasse eorum, quæ intra breve sui Archi-Episcopatus tempus egerat. Posonii apud FF. Misericordie pro viris quibus, apud Moniales S. Elisabethæ pro duabus feminis ægrotantibus annum constituit redditum. Terræ motu afflictis Co-

paro-

Matmore Franciscum prope mors invida, texit.
 Posonii. In Magnis & voluisse sat est. 1765.

L X I I I.

J O S E P H U S I.
 DE COMITIBUS DE BATTHYÁN,
 PERPETUUS IN NÉMETH-UJVÁR,
 S. R. I. PRINCEPS, &c.

Sub Maria Theresia ab Anno 1776.

Orc Palatino, PRINCEPS CELSISSIME, Stir-
 pis,

Et Patriæ Sidus, Præsidiumque Tuz es.

Stirps Tua quantumvis nullo non fulserit ævo,

Præcipuum decus es Tu, Genitorque Tuus.

G 3

Ille

maroniensibus An. 1763. naves onerarias panibus co-
 ctis, item frumento, aliisque subsidiis repletas, trans-
 misit. Archi-Episcopales aedes, & diversoria Rosna-
 via, Ujvári, Strigonii, Thnariz, & in S. Cruce re-
 fecit, instruxit. Parochias in pago Héregiensi, & Tar-
 dofsiensi excitavit; pro edificanda Ecclesia Kémenczen-
 si ex testamento reliquit ea; horreum Posonii, cui nul-
 lum par in Ungaria, eduxit, &c.

A.C. Ille Palaestina primus, Tu primus in Aede

1776 Metropolitana Nobile Stemma locas.

Huc Tua Te Virtus, huc Te Doctrina levavit,

Et Judex meritū diva THERESA Tui.

Deliciis spretis, Petri sub signa receptus

Virtutum late spargis ubique subar.

Haereseon laqueis, nutris amicisque, solutos, a)

Dum Transilvanum Praesul Ovile regis.

Hic quinquaginta pupillis patris adinstar

Suppeditas vestem, suppeditasque dapem. b)

Tempora praecinctus Colocensis porro Tiara,

Tecta Pii Patribus, Gymnasiumque struis. c)

Erigis illustri pariter nova tecta Juventae,

Unde frequens Colocae vivat Alumnus, habet.

Bibliotheca Tuo Colocensis munere, Libris

Est locuples; sudant prela parata typis.

Per-

a) Pueros, & puellas complures Claudiopoli, quos in domo ad ista coempta, variis insuper artibus excoli curavit.

b) In Orphanotrophio Cibiniensi 50. partim pueros, partim puellas praesenti pecunia aluit, vestivitque usque ad Aetatem 1775; hoc vero Anno tantam summam dedit, ut ex ejus censu totidem perpetuo sustentari queant.

c) Patres hi Piarum Scholarum magno earum partium commodo praeter humaniores literas tradunt quoque Philosophiam; curae eorum concreditum etiam Contubernium Nobilium Adolescentum, & Typographarum est.

Perficis, exornas Colocensem Numinis Ædem,
 Bácsensem fundas, ædificasque Tuam.
 Hæc super absolvis tua Clero recta novello,
 Ac quadragenos veste, ciboque foves.
 Denique nemo usquam est fortunæ pressus iniquæ
 Pondere, subsidium cui Tua Dextra neget.
 Corpora dum refoves, Animas haud negligis; imò
 Hac cura quævis est Tibi cura minor.
 Vidimus immixtum puerorum sæpe catervis,
 Monstrantem, quinam trames in astra ferat.
 Hæresin expugnas, Sacra late extendis avita;
 Exemplis Idem voceque pascis Oves.
 Singula quis referat laudum monumenta Tuarum,
 Queis resonat patriæ jam latus omne plagæ?
 Te Superi nobis, PRINCEPS CELSISSIME, servent;
 Cetera sunt dono præsto futura Tuo.

O. A. M. D. G.

Et Magnæ Ungarorum Dominae Honorem.



